

ESTICA

A-5070

Sto

Me

107

ESTICA

5070

VI

644

R
1245

METAPHYSICA CONTRACTA.

In qua
Utiliores definitiones, divisiones
ac distinctiones


Ex
Fontibus Arist. adcuratiorumque
hujus temporis Metaphysicorum
scriptis, junctis selectioribus qua-
estionibus ex Theol. desumptis,

In
Usu & gratiam harum aman-
tium in Regia Academia Dorpa-
tensi, ea brevitate, qua poterat,
proponuntur

a
GABRIELE Stöbergh/
Phil. Theoret. Profess. ord.



DORPATI,
Typis Johannis Brendeken,
Acad. Typograph.



R

ESTIONA

A5070

C. CAA.

Reverendissimo in Christo Pa-
tri ac Domino,
DOCTORI
OLAO SVEBILIO
Adlerberg /
ARCHIEPISCOPO
Svioniae
Excellentissimo, Pro-Cancellario
Academiae Upsalensis Eminen-
tissimo, Patrono summo,

*Se suaque haecce in signum gratis-
mi animi ob plurima in se conlata benefi-
cia consecrare & porro sui memoriam,
cum devoto voto pro incolunitate, vita
longa & placida senecta de publico opti-
ma merentis, commendare sustinuit
debutque*

Dorpati die 10. Aprilis,
Anno 1692.

1700

5755

G. Stöbergb.

Lectori benivolo sa-
lutem & officia.

IN tam magna Metaphysicorum tempo-
rum priorum & hodiernorum copia,
aliquibus forsitan mirum videbitur,
quod me tuis alia nova Metaphysica accen-
sere non dubitem.

Verum hi desinent mirari, quando
aquis acceperint auribus; nos in angulo
quasi Regni Svioniae, ad fines Muschovi-
tici Imperii degentes; longiusque remotos
ab commercio eruditiorum in Suecia no-
stra & reliquis Europaeis cultioribus litte-
rarum officinis, atque in eis desudantium
Doctorum amœna conversatione, qui no-
bis non eruditis modo suis scriptis, verum
etiam communicatis consiliis circa diffici-
liores in Philosophia controversias rite &
recte examinandas ac decidendas, prodes-
se possint, invitos hoc, quidquid est, mo-
liri atque adgredi. Et quoniam exempla
Metaphysicorum omnium ne duo qui-
dem

A

dem

dem ejusdem auctoris in officinis hisce omnibus, pretio, licet caro, emi queant; Idcirco, ad finem deducta lectione publica in Logicis primum, deinde Physicis, Auditores mei tempestrive sane seduli, hocce animadverso, me rogârunt, compendio seu Synopsi in hisce ipsis præirem, ne probate fidei auctore ipsi destituti cæco ausu exituque minus felici in legendo publice, & disputando privatim, ducentem me sequerentur. Hinc factum, ut conlatis inter se omnibus Metaphysicis brevitati studentibus, acutissimum inter nostros Philosophum & Theologum magnum, antea Praeceptorem meum colendum, tunc temporis Logices & Metaphysices Professore Upsal. nunc vero Superintendentem per terras Boreales Sæoniae, Maxime Reverendum & Amplissimum Dominum Matthiam Steuchium, dignissimum judicarem, à quo desumerem nonnulla, qua ex collegio ejus manuscripto collegeram, apta dignaque visa hisce inserviendis usibus. Nec subtrahendum est, me ex magnis viris in Germania, ut Scheibleris, Caloviiis, Rudrauffis,

Stallis, Musæis, Martiniis; Donatis & Schmidiiis, junctis b. m. Aurivillii Upsal. & Thuroniis Aboens. Academ. Professoribus, dum in vivis erant, Philosophis maximis Celeberrimisque, nonnulla desumpsisse huicq; negotio adcommodasse, quod omnium censorum equorum bona venia factum confido. Notum utique est, quod hæc disciplina ita non sit circumscripta terminis inutilibus, ut propter vetustatem abolenda, non possit patere se investigantibus; Nec multum à se invicem dissidere Philosophantes ipsos, quibus major non sit reverentia alti alicujus supercilii vel pallii moris antiqui, quam nude simplicisque veritatis amor; quod exinde constare poterit, dum in lectionibus ipsis edictum dabo, alterum ex Scholasticis, imo aliis non raro, ab altero plura placita excerpisse adque verbum descripsisse, proque suis venditasse scriptis genuinis. Quam rationem inclarescendi hujus ævi eruditi ferre vel admittere nequidere; Testes sunt Svecia, Germania in plurimis locis, Anglia & Batavia, qua ad admirationem

A2

sequen-

sequentis ætatis ea emisere, quæ facere videantur ad fuitiles Scholasticorum nugas convellendas, refutandas.

Nec est quod dicam de utilitate hujus scientiæ, quam hæc maxime libera omniumque Prima & Domina, in se ipsa suaprobandis & demonstrans principia, aliarum fere omnium scientiarum reatrix & gubernatrix Philosophantibus omnibus, in gravissimis argumentorum nexibus solvendis, & ambiguis questionibus dilucide distinguendis adferat; namque Theologi, Jurisconsulti, Medici, Philosophi, tam docentes, quam discentes habent in omnibus controversiarum dubiis clare decidendis & nodis solvendis id, quo se quasi filo Ariadneæ possint ex labyrinthis extricare. Atque dum omnium fere dubiarum questionum, equivocationum & ambiguitatum divisionibus & distinctionibus demonstrandis genuinos & proprios subministret terminos, non ita est habenda, quasi nullius sit frugis, sed utilitatis maximæ. Hæc (Sententia est Philosophorum veterum) humanæ mentis ad sensum agnita veritate

ritate confirmat. Hæc falsa & Paradoxa evidentibus Principiis & præceptis, ex primis, veris & genuinis causis desumptis, dilucide refutat, deducitque intelligentem in solidam questionis dubie notitiam. Hæc sola, secundum ipsos Philosophos, rite & methodice docent, qui docent; Hæc sanè, utiliter & sobrie sapiunt, qui sapiunt; profunt, qui præfunt. Qua sine qui sapit, desipit; Qui docet, dedocet, qui ducit, seducit in varias ignorantiarum & errorum tenebras, in veritatis detrimentosam caliginem & rixosas verborum cavillationes doctrinæ falsæ. Sine qua, extra veritatis orbitam evagantur, & pro arte artis umbram, pro luce tenebras, pro via plana Labyrinthos inextricabiles proponunt. Sed de hisce plura differere non fert ratio instituti vel temporis, quum mihi imperarim sic in hisce versari, ut me neglecti officii arguere nullus, nisi malignus momus & improbus obtrektor dentibus theoninis mordacibus stipatus fuerit, quem susque deque habere didici, contentus bonorum & æquorum

A3

Censo-

Censuram iudicium Christiano homine dignum promeruisse. Quos omnes & singulos sic cuncta ex sententia animi agere discipulo, ut majori modo nequeam.

De cetero ex toto animo opto, ut studia nostra vergant in Divini nominis gloriam & veritatis ipsius indagacionem. Ducat nos in veritatem suam DEUS, qui est summa veritas!

In

In Nomine S. S. Triados
Prooemium.

§. I.

Circa constitutionem Metaphysicæ notanda veniunt tria, Nomen scilicet, definitio & divisio.

In Nomine Etymologia & synonymia explicanda, breviter. Ut autem ab origine vocis incipiamus, Etymologia Græca est, sumiturque ejus ratio ex Aristotelica sive potius interpretum ejus Græcorum, Theophrasti illius in Schola successoris, vel Andronici Rhodii sequentis ætatis philosophi, inscriptione librorum primæ philosophiæ XIV. qui hocce titulo τὰ φυσικὰ τῶν ὄντων separatim ibidē adhibito usi sunt, unde Scholastici unam fecere vocem, *Metaphysica*, i. est. eorum, quæ post Physicæ vel inventa, vel tradenda auditorib⁹ fuerit, attendendo non tã ad ordinem naturæ, quam legem

A 4

me-

methodi bonæ, quæ jubet à facilio-
ribus incipere & progredi deinceps.
Et sic hæc erit disciplina, quæ
post rerum naturalium scientiam
inventæ est; alii volunt, nec id qui-
dem malè, quod sit scientia talis,
quæ ob eminentiam & sublimitatem
inibi occurrentium, post naturæ
contemplationem addisci debeat.
Unde constare poterit, hanc non
esse lexicon Philosophicum, prout
hujus osiores & ignorantibus fabulan-
tur, sed doctrinam aliquam disci-
plinarem.

§. II. Synonymia ex ejus titulis elu-
cet maximè, vocatur enim 1. *Phi-
losophia prima* l. 4. metaphys. c. 4. &
libr. 6. c. 3. non ratione inventionis,
sed dignitatis & præstantiæ, quæ ce-
teris Philosophiæ partibus dignior
est, ut & ratione materiæ, quia pro
objecto habet primum scibile, atque
ipsa prima principia exponit & sub-
ministrat. Quibus principis uti
adsolent in tota Philosophia, v. gr.

Quæ

*Quæ eadem sunt uni tertio, inter se
eadem sunt. Quæ v. diversa uni tertio
& inter se diversa sunt. Item: Quod-
libet est, vel non est, vel actuali vel rea-
li, vel objectiva, vel potentiâ vel enuncia-
tiva essentia. Quodlibet est hoc ipsum quod
est, dum est. Simile iis est, Impos-
sibile est idem simul esse, & non esse, &
non esse id, quod est, dum est, siquidem
contradictoria duo simul esse, & ve-
ra esse, itemque contrariorum imme-
diatorum, alterutrum non esse, impos-
sibile est. Hæc & similia principia
metaphysica ex se, & suis terminis
ostendunt adfirmationem & nega-
tionem ejusdem de eodem prædi-
cato constare non posse: Hæc re-
spectu existentia tametsi sint Ter-
mini Physici, probatio tamen est ex
principis metaphysicis.*

II. *Dicitur absolutè & sine addi-
to Philosophia, Arist. l. 4. methaph. c.
5. propter eandem causam, vel
quia pars magna philosophiæ est.*

III. *Philosophia universalis, quia*

vel ipsa universalia præcipue tractet.

IV. *Philosophia transcendentalis*, quia de transcendentibus agit, idque ratione generalitatis suæ.

V. *ὀντολογία & ὀντοσοφία*. *ὀντολογία*, i. e. doctrina de Ente, quoniam *Ens* habet pro objecto, sicut non inventum est, nomina disciplinarum ab objectis desumere. *ὀντοσοφία*, i. e. sapientia Entis, quæ ipsa *Metaphysicæ* descriptio est, uti mox.

VI. *Prudentia* libr. 1. metaph. non simpliciter & proprie sic dicitur, sed comparate & per quamdam analogiam, quia sicut in practicis prudentia, ita in speculativis hæc sapientia maxime adpetenda est.

VI. *Sapientia* s. σοφία nomine metaph. libr. 1. c. 2. insignitur, quia ipsas primarum rerum causas tractat, & sic prima sane, quia ex primis principis conclusiones format, & quodammodo de Entibus universis disputat, ut Svarez. disp. 1. Quamvis non desint, qui sapientiam *Metaphy-*

taphysicæ non æquipollere, sed ealatiorem esse autument. Recte nihilominus *Metaphysicæ* conditiones sapientiæ conveniunt, quæ sunt seq.

1. *Omnia scire*, scilicet confuse, non distinctè; in universali, non specificè; Realiter, non intentionaliter aut instrumentaliter.

2. *Versari circa difficillima*, i. e. remotissima à sensibus, quæ nobis, (secundum philosophos veteres) sunt difficillima.

3. *Certissima demonstratione uti*, circa certissimum objectum è principis adæquatis evidentè aliquid inferre.

4. *Ad docendum esse aptiorem*, realiter & objective, non instrumentaliter & ratione modi.

5. *Maxime propter sese adpeti*, propter eorum, quæ tradit, summam dignitatem.

6. *Reliquis disciplinis dominari*, non practico, sed Theorico Imperio, s. regimine speculativo.

7. *Non*

7. Non raro adpellatur Theologia naturalis, quod tamen nomen rectius pneumaticæ tribuendum erit, quam distinctam à metaphysica disciplinam putant plerique metaphysici clariores.

8. Addunt & alios titulos honorarios alii; quod sit scientia transmunda-na, scientiarum Regina & Princeps, scientia honoratissima, scientiarum complexus, apex disciplinarum, domina, aquila; Item Theologia apud Arist. 2. lib. metaph. c. 6.

§. III. Exiis, quæ dicta sunt nominalis exstrui potest hujus descriptio, Quod sit doctrina post naturalis de universalissimis rebus & conceptibus.

§. IV. Quod ejusmodi detur disciplina, exinde constare poterit, dum notum fiat, dari conceptum quandam generalissimum, in quo omnia conveniunt, huncce etiam conceptum sequi generalissima & omnibus communia attributa.

Hinc

Hinc quum talis conceptus in hac sua generalitate scibilis sit, necessum est dari etiam generalissimam quandam, eamque ab omnibus aliis distinctam, scientiam, quæ hunc consideret, cum id in nulla particulari scientia fieri possit. Illa vero universalissima scientia nulla alia est, quam metaphysica. Idem ex inferiorum disciplinarum indigentia ostendit Calov. Metaph. div.

Quodcunque enim sumseris objectum, sive Deum, s. spiritum, sive communes naturas & terminos, constabit in tantum esse hanc disciplinam utilem, in quantum certum est, vel mutilam, vel maneam esse philosophiam sine hac, vel non posse feliciter satis sine hac reliquas specialiores negotium suum tractare.

Quod heic dicantur adferri commenta inutilia inaniaque, ea non debent in præjudicium disciplinæ trahi; sicut nec probari meretur

retur nimium innovandi studium, in terminorum & communium notionum declaranda ratione. Nul- lius enim privati est, antiquos li- mites tollere & statuere novos.

§. V. Explicato nomine, & demon- strato, quod metaphysica detur, proximum est, explicemus, *quid ea sit*; Proximum ergo genus eruen- dum erit ex 5. Habitibus Arist. In- tellectualibus expressis 5. libr. Eth. Idcirco Prudentia, Intelligentia, arte & forsitan scientia hinc pro- scriptis, retinebimus hodiernorum præcipuorum Metaphysicorum tri- tum: *Esse*, videlicet, *Metaphysicam sapientiam de Ente, quatenus est Ens, & rebus indifferenter se habentibus, ab- stractisque*. Secundum placita Arist. sic habetur Metaph. l. 4. c. 1. ἡ οὐ- πλοστικὴ ἐστὶν ἀπιστήμη, ἢ ἡωρεῖ τὸ ὄν ἢ ὄν ἢ τὰ τῶν ὑπερχόντων καὶ αὐτῶν.

§. VI. Objectum alicujus scientiæ s. disciplinæ est id, circa quod con- templandum ipsa tota tractatio

ver-

versatur, cujusque potissimum quæ- rantur affectiones & Principia. Et quoniam Metaphysica scientiarum universalissima sit, Idcirco univer- salissimum requirit objectum; Quod erit Ens, quum Ens universalissi- mum audiat primoque (cognitione scilicet confusa) cognitum.

Differentia heic sumenda est ab objecto expresso voculis, *Ens qua- tenus Ens* etc. Cujus *materiale* sive res considerata est Ens, & quæ sub En- te continentur. *Formale* modus con- siderandi, *quatenus Ens*, & indifferen- ter se habet ac obstracte, *πὸ quatenus*, secundum quosdam, specificative non reduplicative exposito, quia hic specificat & determinat modum considerandi, quamvis Cornel. Mar- tini, Calovius & Frommius utroque modo accipiant, suis non destituti rationibus, quæ apud illos videri poterunt. Possunt duæ vel plures disciplinæ circa idem subjectum, quoad materiale ejus occupari, i. e. potest

potest idem subjectum quoad rem consideratam in distinctis disciplinis considerari, nunquam tamen in distinctis disciplinis potest dari idem modus tale subjectum considerandi. Exfulabit ergo hinc à nostro objecto Ens complexum, per Accidens, negativum, rationis, in potentia, modale. E contrario heic intelligendum Ens incomplexum, per se, positivum, reale & actuale.

§. VII. Nec a. sic existimandum est, quasi Metaphysica ad omnes Entis species descendat, quoniam illud ipsum pugnaret cum ejus universalitate. Idcirco inquirendum fundamentum aliquod, quo subjectum metaphysicæ in justo suo ambitu contineatur, idq; est abstractio, de qua agendum breviter: *Abstractio* in genere, est operatio mentis, quæ rem è statu singularitatis in statum universalem deducit, Habetque hunc usum accidentalem, ut sub notione materiæ, limites disciplinarum

plinarum indicet ostendatque, quæ ad quamvis pertineant, & quæ non.

§. VIII. Et observandum est, abstracta à materia sensibili, *re ipsa* vel *ratione* dici, quorum *priora* extra materiam sive rem sensibilem existere possunt, ut Deus, angelus, mens. *Posteriora* vero, describi possunt, nulla facta mentione materiæ sensibilis, ut magnitudo.

§. IX. Ad metaphys. ergo non spectat corpus naturale, quod à materia sensibili non est abstractum, sed est ipsa materia sensibilis; Nec *magnitudo*, quia hæc non *re ipsa*, sed tantum *ratione* est à materia sensibili abstracta. Sed ad Metaphysica referenda sunt omnia, quæ in definitionibus suis non implicant mentionem materiæ.

§. X. *Abstractio* hæc est vel 1. *Per essentiam* sive absolute, vel 2. *Per modum* sive sive secundum indifferentiam.

Priori modo, quæ habet essentiam talem, ut ei prorsus repugnet esse

esse aut fieri materiatum, ut pneumatica. Sive sic: Abstracta per essentiam sunt, quæ ita sunt extra materiam sensibilem, ut esse materiale iis repugnet, sicut Deus & angeli.

Posteriori modo indifferenter se habent ad materialia & immaterialia, quæ licet reperiantur extra materiam sensibilem, possunt tamen in ea esse, & extra eandem, ut Ens, substantia, quæ hujus sunt fori.

§. XI. *Definitionem* excipit *divisio*, quæ in generalem & specialem partem distribuitur, quoniam notum est, quædam prædicata omni Enti convenire, quædam tantum alicui.

Generalis pars agit de universissimo Entis conceptu, ejusque communibus principiis & affectionibus generalibus.

Specialis autem tractat de Ente in abstractione minori, sive quæ agit de analogis speciebus Entis, videlicet de substantia & accidente, & quæ

quæ deinceps sub illis sunt eatenus, quatenus ad hanc scientiam pertinent. Illa prioribus sequentibus capitibus, hæc loco ultimo proponenda venit.

CAP. I.

ENS à verbo sum descendens cognataque habens EST, ESSE, ENTITATEM, est generalissimum illud, quod primum concipitur ab intellectu, tanquam notissimum. Alias descriptio ejus hæc datur, Esse Ens nihil aliud, quam quod in se & per se habet essentiam realem & positivam. s. sic, quod intrinsicè habet esse positivum in natura persistens citra mentis fictionem.

II. EST vel intra, vel extra positionem consideratur; *prins* dicitur *secundi adjecti*, designatque existendi actum, ut homo est: *Vel tertii adjecti* sive copula, connectens sub-

jectum cum prædicato sive expresse sive implicite. Homo est animal, homo loquitur.

III. ESSE est 1. *Reale* s. verum & actuale, vel possibile s. futurum. 2. *Reale* s. extra intellectum, vel cognitum s. objectivum. 3. *Genericum, specificum & individuale* s. numericum. 4. *Essentie, existentie, subsistentie* s. *suppositivale & inexistentie*. 5. *Totale & partiale*. 6. *Naturale, Intentionale, propositionale*. 7. *Quidditativum & positivum*.

IV. ENTITAS pro ipsa essentia ponitur, aliquando etiam pro diminuta essendi ratione. Nunc significat quidditatem totius integralis, sicut essentia quidditatem totius essentialis metaphysici denotat. Quo sensu dicitur, *Rei nihil addi, nihil demi posse, manente invariata specie, ratione essentie*; posse tamen ipsi addi & demi quid ratione *Entitatis*, specie non variata.

V. *Ens* ab aliquibus vel *participialiter* s. *Adjective* sumitur pro eo, quod

quod jam actu est in mundo; Vel *nominaliter* s. substantivè pro eo, cui non repugnat existere, s. actu existat, s. non; aliis hanc abusivam statuentibus, quum ea, quæ non existunt, Entia non sint, nec esse reale habeant.

VI. *Ens* accipitur 1. *vel nimis latè*, quo vox sumitur 1. *generalissime* pro omni, quod veritatem propositionis fundare potest, & sic privationes ac negationes Entia sunt. 2. *Minus generaliter*, de Ente actuali & potenciali.

3. *Paullo specialius* pro iis, quæ actu sunt, sive Entia sint, s. Entis modi, Entia per se vel per Accidens.

Vel 2. *Nimis strictè* & dicit 1. *Imperfectionem*, quando *Ens* sumitur *concretive*, Et sic de DEO dici non potest. 2. *Perfectionem*, quando dicitur de solo Deo, propter independentem & infinitam essendi rationem, vel de sola substantia completa.

Vel 3. *Adequatè & propriè* pro ob-

Jecto philosophiæ primæ, & hujus habetur loci.

VII. Quod ad *Homonymiam* Entis adinet, in eadem distinctiones Nominales sequentes observantur 1. *Ens est positivum vel Negativum.* 2. *Reale vel Rationis.* 3. *Actu vel potentia.* 4. *Complexum vel Incomplexum.* 5. *Per se vel per Accidens.*

VIII. *Ens positivum* est, quod essentiam veram in Natura habet, ut homo, angelus. *Negativum* autem, quod essentiam destruit & tollit. Est que *pure negativum* vel privativum, 2dum plurium metaphysicorum sententias. Et sic privationes sæpe dicuntur Entia, quæ notant defectum formæ, sive negant essentiam in subiecto capaci.

IX. *Reale*, quod non fingitur, sed aliquid revera est, Intellectu non cogitante; Cui opponitur *Ens Rationis*, aliàs nœma nœmatum, intentio vel impositio secunda dictum, quod notat fictum quid, cujus essentia

non est nisi objective tantum in Intellectu. Vel sic, *Ens rationis* dicitur, quod est tantum objective in Intellectu.

Not. dici aliquid in Intellectu esse 1. Subjectivè 2. Effective. 3. Objectivè; quorum singula explicanda.

X. *Ens Actu est*, quod actum essendi obtinens verè existit, s. nullas agnoscat causas, ut *Deus*; sive à causis suis productum sit, ut *natus homo*.

Ens potentia, quod nondum existit, existere tamen potest, ut *homo nondum natus*.

Potentia dicitur aliàs vel *propinqua* vel *Remota*; *Naturalis* vel *obedientialis*. *Naturalis Activa* vel *passiva*.

Not. differre inter se, esse *Actum* & *potentiam*, atque *Actu* & *potentia* esse. Secundum prius enim *Ens* denominatur *disjunctivè*, qua vel actuatur, vel actuari potest: *Posteriori* vero proponitur *Entis* diversus status, qua vel potestate est, ut possit existere,

vel actu est, ut de facto existat

XI. *Ens Complexum est*, quod pluribus constat conceptibus; *Incomplexum*, quod uno tantum. Quorum utrumque triplex est, 1. *Voce tantum*. 2. *Re tantum*. 3. *Voce & re simul*.

XII. *Ens per se est*, quod in se est simplex quid, & verè unicum, nec habet præter essentiam suam aliquid extraneum, ut leo, anima, arbor.

Ens a. per accidens est, in quo plura Entia completa extra essentialiter sunt unita. Et præter hæc, *Ens per se & per Accidens dicitur* 1. *Ratione unionis*. 2. *Ratione cause*. 3. *Ratione subjecti*. De quibus omnibus aliàs agendum erit.

XIII. *Synonyma Entis sunt termini*, qui eandem cum Ente habent significationem. Intelliguntur ergo synonyma *Grammatica non Logica*. Quorum quædam in totum vel simpliciter *Enti æquipollent*, ut *Essentia, Res, aliquid, entitas; quædam*

dam vero ultra Ens, connotant aliquem respectum ex prima impositione vocis, vel ex usu loquendi philosophico natum, ut existentia, Natura, forma, quidditas, Ratio, Terminus. Aliis tria tantum synonyma propria Entis non ineptè adfirmantibus, quæ sunt Ens, Res & Quid. Notandum, aliquid si dicatur quasi aliud quid, non esse synonymum Enti, sed si pro habente aliquam quidditatem zdum Suarez sumatur, rectè dici. Opponique huic nihil, e. g. Nihil & non Ens sunt idem, sic etiam aliquid & Ens, zdum alios.

XIV. *Enti conveniunt attributa, i. e. talia prædicata, quæ cum eo reciprocari possunt, ab eodemque non realiter, sed tantum formaliter & nostro concipiendi modo differunt. Et sane sunt, quæ prodeunt ab ipsa essentia Entis, eique per se insunt, ac de eodem reciprocè prædicantur.*

Not. I. *Attributa hæc Enti nihil Rea-*

le superaddere. Nam alias foret Ens, ut sic, non simplex, sed compositum Reale 2. *Non tamen plane idem esse cum Ente,* nam licet secundum materiale idem cum eo sint, sicque implicent ipsum Ens, adeoque sic Realia sint; Tamen secundum formale, idem quod Ens non sunt. Differt enim sic unum à Verò etc. sic concipio Ens, ut in se indivisum, h. e. unum, non considerando quod sit verum, bonum. Secundum tamen hoc formale, Enti nihil positivi superadditur.

3. *Attributa singula connotare* Entitatem, sed sub inadæquato conceptu, h. e. ut non plane idem, quod Ens dicant, sed significant id cum aliquo vel respectu vel statu etc.

XV. *Affectiones* Entis sunt vel *Unitæ* vel *disjunctæ*: Ille de Ente absolute & solitarie prædicantur atque adæquate denominant, quales sunt, v. gr. Omne Ens est unum, verum, bonum, & Omne unum, verum, bonum

bonum est Ens: *Hæ* sunt, quæ sub disjunctione de Ente prædicantur, & sub complexu utriusq; disjunctionis membri cum Ente recipiuntur. Ita dico omne Ens est vel necessarium vel contingens. Et quidquid est necessarium vel Contingens, Ens est; non v. dico, o. Ens est necessarium, vel o. Ens est contingens.

XVI. *Essentia & existentia* non distinguuntur in Deo *realiter* aut ullo modo ex *natura rei*; Adeoque nec in Ente ut sic; Quin nec in creaturis differunt realiter aut ullo modo ex *natura rei*. Differunt tamen & in Deo & in creaturis aliquo modo, & utrobique *ratione ratiocinata*. ENS & ESSENTIA differunt aliquo modo, neq; proinde synonyma Grammatica. Non tamen differunt realiter, sed *ratione ratiocinata*.

Ab aliis a. *Essentia* dicitur principium omnium affectionum & operationum, quæ rei conveniunt, per quam

quam etiam affectiones demon-
strantur. Idem de Ente dici posse
existimant.

XVII. *Essentia*, zdum eos, cognata
sunt 1. *Essentiale*, quod est vel *Con-*
stitutivum, l. *Consecutivum*. Utrumq;
spectat ad rei essentiam vel *absolute*
vel *relative*.

2. *Essentialiter* dicitur aliquid ra-
tione *convenientia* vel *dependentia*.
Convenit aliquid alicui *Essentialiter*
1. *Originaliter* & *independenter*, quo-
modo Deus dicitur bonus, creaturæ
a. *participative*. 2. *Constitutive* ut
anima rationalis homini. 3. *Conse-*
cutive, ut risibilitas homini. 4. *Sub-*
jective, ut substantia accidenti. 5.
Definitive, sine quo aliquid non pot-
est definiri, ut relato correlatum,
habitu objectum. *Dependet* aliquid
essentialiter ab aliquo, vel ut à *Con-*
stitutivo, ut homo ab anima rationa-
li, vel ut à *productivo*, ut res creata
à creatore; Addunt alii dependen-
tiam *Relativam*, inhæsivam.

3. *Per*

3. *Per Essentiam* dicitur aliquid vel
independenter, ut Deus per essentiam
bonus, vel *Constitutive*, ut homo
dicitur rationalis.

4. *De Essentia* dicitur vel *late*, quod
aliquo modo convenit alicui *essentia-*
liter, vel *stricte*, quod est pars alicu-
jus *essentialis* s. *physica* s. *metaphysica*, ut
anima rationalis & animal sunt de
essentia hominis.

XVIII. Rei conjugata usitiora
sunt Reale & Realiter; *Reale* in ge-
nere est dictum de omni eo, quod
non est ab intellectu fictum s. fit
Ens, s. modus Entis, vel negatio.
Realiter secundum Calovium oppo-
nitur. 1. *τὸ essentialiter* 2. *τὸ ef-*
fective & *virtualiter*. 3. *τὸ Verbaliter*.
4. *τὸ Intentionaliter*. 5. *τὸ*
Idealiter. 6. *Typice*.

XIX. Aliquid dicitur quasi quid-
dam aliquid aliquam habens. NB. Ali-
quid notat naturam & essentiam;
Aliquis suppositum vel personam.
Reliqua quæ desiderantur, alias sup-
plebo.

CAP. II.

CAP. II.

De principiis Entis.

PPrincipia in scientiis sunt vel
 subjecti vel Affectionum, ea
 que cognoscendi vel essendi
 Subjecti principia essendi nulla dari
 possunt, sed cognoscendi tantum.
 Similiter etiam nulla formalia dan-
 tur essendi principia in affectioni-
 bus, sed solum virtualia, quæ for-
 tassis non sunt aliud, quam ratio-
 nes aliquæ cognoscendi.

2. Principia Entis duplicis habentur
 generis, *generalissimi* scilicet &
minus communis.

Generalissima principia sunt, quæ à
 totali Metaphysicæ subjecto, adeo-
 que toto ejus ambitu petuntur, i. e.
 possunt generaliter applicari rebus
 omnibus, quæ in metaphysica tra-
 ctantur.

3. Suntque juxta non nullos hæc
 principia de Ente 1. *Impossibile est idem*

simul

simul esse & simul non esse. 2. *Quodli-*
bet est, vel non est. 3. *Quidquid est, quam-*
diu est, necesse est esse. 4. *Quidquid ha-*
bet esse, est verum, bonum etc. vid. p. 9.

4. *Principia minus communia* sunt,
 quæ ab aliquo particulari Metaphy-
 sicæ subjecto desumuntur; *ut totum*
præstat suæ parti. Posita causa in actu,
 ponitur effectus.

NB. *Ens* (in sua latitudine sum-
 tum) non habet principia (essendi)
 cum non detur conceptus Ente in
 sua latitudine sumto prior, nec enim
 Ens in ulla se priora resolvi potest,
 principium autem est prius princi-
 piato: habet vero principia co-
 gnoscendi sive Axiomata.

Et præter hæc advertendum est,
In Metaphysicâ etiã dari principia demon-
strativa. Nam unus conceptus potest
 esse prior altero, priora. conceptus
 potest esse ratio demonstrativa po-
 sterioris. Ita conceptus Entis, *nim.*
 posse esse nemine cogitante, prior
 est conceptu unius. *Unum ergo de-*
monstra-

monstrari potest de Ente per se posse esse, nemine cogitante.

5. Si sequi velimus methodum scientificam, commodissimum nobis videtur initium facere à potentia & Actu, ut melius innotescat, quid causa sit & causatum, quid necessarium & contingens etc.

CAP. III.

De potentia & Actu.

Disjunctæ affectiones primo loco ponuntur, latitudinem Entis non nisi conjunctim exhaustientes. Et sunt *i. i. e.* vel *z. i. e.*; *Iste immediatæ* vel *Mediatæ*; Illæ sic dictæ, quod non mediis aliis insequantur ipsum Ens, sed proximè. *He* v. mediantibus unitis, Enti conveniunt. In illarum numero sunt Actus & potentia. Quamvis accurate loquendo nihil sit Ens, nisi actu detur, otiosa est potentia, quæ in actu non habet fundamentum.

II. Poten-

II. Potentiæ synonymon constituitur potestas, Aliis hancce i. à potentia distinguentibus, quod *potestas* (*ἐξουσία*) significet jus s. licentiam agendi; *Potentia* v. (*δύναμις*) aptitudinem, facultatem & vires agendi designet. 2. Aliis vel *stricte nimis*, pro potentia passiva sumentibus, sicut Deus nihil potentiæ habere dicitur; vel Indifferenter ad potentiam activam & passivam. 3. *Potentia prædicamentaliter* sumpta, vera est species Entis, & secunda species qualitatis; & *Transcendentaliter*, quæ omnia Entium genera transcendit, & est non Ens ipsum quemadmodum illa prior, sed Entis affectio, hujusque considerationis.

III. *Potentia proprie dicta est, quæ ali- quid aptum est agere vel pati.* Improperie dicta, est nuda non repugnantia. s. sic *In genere*, potentia est vis essentialis, per quam res potest agere vel pati.

IV. *Potentia improprie dicta triplex*
C solet

solet numerari 1. *Logica*, quæ dicitur non repugnantia ad prædicari. 2. *Mathematica*, qua non repugnat, ut ex una quantitate, fiat alia. 3. *Objectiva*, est non repugnantia ad produci.

V. Dividitur in *Activam*, qua aliquid aptum est producere aliud, i. e. rem essentia diversam; Et *passivam*, quâ aliquid aptum est recipere aliud, s. aliam formam, ut in homine est potentia recipiendi eruditionem. Aliis nominibus receptica scil. & subjectiva dicitur. Hinc *passiva potentia* & *passiva* est rei imperfectæ; *Agere a.* & *activa* potentia nullam imperfectionem formaliter importat.

VI. Potentia Activa subdividitur in *liberam* & *necessariam*. *Necessaria* s. naturalis dicta est, quæ ad unum oppositorum est determinata, s. positis omnibus ad agendum requisitis non potest non agere, nec etiam diversa agere. *Libera* a. s. rationalis & indifferens dicitur, quæ positis omnibus ad agendum requi-

sitis,

sitis, agere & non agere potest, agere hoc vel illud.

VII. *Libera* potentia est vel *ordinaria* vel *extraordinaria*. *Prior* sic dicitur, quia servat institutum ordinem, vel legem præscriptam. *Posterior* v. quæ ab istis discedit, agendo præter vel contra illa; dicitur alia absoluta.

VIII. *Libertas* sumitur tripliciter vel ut opponitur. 1. *Servituti* & *subjectioni*. 2. *Coactioni*. 3. *Internæ* & *naturali* necessitati.

IX. Aliæ etiam distinctiones familiares sunt, quando dr. *universalis* vel *particularis*. *Proxima* vel *Remota*. *Naturalis* vel *obedientialis*.

X. *Universalis* est, quæ indifferenter plures respicit actus; *Particularis*, quæ restricta est ad certum actum. *Proxima*, quæ immediate potest deduci in actum.

Remota, quæ non nisi interveniente uno vel pluribus actibus, potest deduci in Actum.

C2

Naturalis,

Naturalis, quæ per agens naturale citra specialem Dei operationem ad actum deduci potest.

Obedientialis, quæ non nisi per operationem divinam aut supernaturalem in Actum deducitur.

XI. *Potentia* opponitur *Actus*, nec tamen *proprie* & Prædicamentalis dicitur, qui prædicamentum constituit, sed *transcendentalis*; Tamen *Actus* respective sumtus definitur, qui aliud *actuatur* & ad *actuatum* perducit, quo *Ens* (quatenus *Actuale* est) à *potentia* absolvitur. Vel sic, *Actus* est, unde res habet, quod revera sit.

XII. 1. *Actus* est *primus* *in te* & *in re* vel *secundus* *in te* & *in re* Græc. dicitur. Is est ipsa rei essentia s. forma, à qua aliqua operatio prodit vel prodire potest. Quæ forma est tam *substantialis* ut anima, quam *accidentalis*, ut *scientia*, item *habitus* & *potentia*, quatenus antecedunt suos alios actus, v. gr. potentia loquendi.

Hic v. scil. *Actus secundus* est actio vel

vel passio illius rei, quæ dicitur actus primus. Ut locutio, ridere, motus; s. clarius, est ipsa operatio à forma prodiens.

XIII. *Actus alius* est *purus*, qui est *expers* omnis imperfectionis, *Talis* est *solus Deus*. *Alius non purus* (*impurus* & *mixtus* dicitur *aliis*) istarum non *expers*, ut *res creata omnes*. Et sic *angeli* secundum quid dicuntur *Actus puri*, quatenus scil. materiam ejusque potentiam non involvunt. Quia tamen *objectiva* non carent, imo etiam *destrui* possant, si *Deus* ita voluerit, *impuri* hic quoq; dicuntur. *Actus purus simpliciter* est *Deus*, cujus respectu, *angeli* sunt actus *impuri*, non *puri*, *compositi*, non *simplices*, imo *potentia*, non *actus*.

XIV. 3. *Actus* est *signatus* vel *exercitus*; Ille est *ratio formalis* ac *natura* rei in se considerata, & quæ ad eam pertinent; s. sic, quæ res in generali & universali natura repræsentatur & communi definitione

tione signetur. Sic Metaphysica agit de causa in Actu signato, quia inquit, quænam sit ratio formalis causæ in genere, & quotuplex sit in specie.

Hic v. scil. *Exercitus* est, quando illa generalis natura in particularibus adplicatur & quasi exercetur. v. gr. dum in Physica de causis macularum solarium agitur, vel in ceteris disciplinis de aliis agitur.

XV. 4. *Actus* est *formalis*, vel *Entitativus*. Ille est, per quem existunt, que ex materia & forma sunt composita; vel, ut ab aliis, quo *Ens* existit per suam formam, ut *homo per mentem*. Hic v. dicitur, per quem existunt ea, quæ intrinsicè non habent formam physicam; *Deus, angeli*. Hunc uno adpellant nomine *Existentiæ*. Est que hæc id, per quod res est extra nihil, s. non est non *Ens*; vel ut *Cornel. Mart.* Complementum *Actus* est *Existentiæ*, qua res in natura subsistat. In specie, *Existentiæ* creaturæ est

est id, quo quid est extra suas causas, i. e. non amplius in causarum virtute latet, sed ab eis est productum.

XVI. 5. Dicitur aliàs *Actus Absolutus*, qualis substantia simplex completa est, ut *Deus, angeli*. Vel *Respectivus*, qui respectum habet ad aliquid, quod actuat.

XVII. 6. *Actus* secundum *Castan.* est *Elicitus* vel *Imperatus*. Ille, qui immediatè producitur à voluntate, & manet in ea, ut *velle reddere debitum*. Hic v. qui producitur ab alia quadam facultate, tanquam à principio proximo, sed voluntate illam facultatem movente ad exercitium, ut *dum voluntas movet intellectum ad intelligendum*.

Quæstiones ex *Mej.*

1. An recte *Christus* in statu exinanitionis dicatur *omnipotens, omniscius* & *omnipræsens* *Actu primo* & *nō secundo*? *Ref. Adfirm. terminis hisce recte intellectis* & *adplicatis*.

2. An duo *Actus primi naturalis* & *personalis*

personalis corporis Christi bene esse possint?
Resp. Adfirm.

3. An negato actu secundo, negandus statim sit primus? Neg.

4. An Deo competat potentia? Resp. Activa, non passiva, eaque infinita.

5. An detur potentia obedientialis? Resp. distinctè.

6. An in quavis re sit potentia obedientialis ad quodvis? Adf. distinctè.

CAP. IV.

De principio & principiato.

EX potentia & Actus sequitur ratio Cause & causati, quia v. omnis Causa principium est, ideo de principio aliqua præmittenda sunt. Et est principium id, à quo aliquid quocumque modo procedit: s. unde aliquid est, aut fit, aut cognoscitur.

Principiatum, ejus correlatum, est quod habet principium; s. id, quod quocumque modo ab aliquo procedit, s. quod aliunde est, t. fit t. cognoscitur.

In

In hoc scil. Principiato requiritur, 1. Respectus ad aliud, tanquam principium. 2. Posterioritas, eademq; iterum indifferens ad omnes posterioritatis modos. 3. Consecutio & connexio cū principio. Quomodo principiatum dividerebeat, patere poterit ex principii divisionibus.

II. Principium 2dum Arist. est 1. Fiendi, unde res dependet in fieri, s. quando fit. 2. Effendi, unde res dependet in esse, postquam facta est, s. quod dat esse alteri, & est Causale vel non Causale. Causale Principium est, à quo aliquid procedit, per influxum causalem, adeoque est ipsa causa.

Non causale est, unde aliquid citra influxum causalem procedit; quale principium est Ens affectionum suarum.

3. Cognoscendi, unde res dependet in cognosci, s. per quod cognoscitur; & sic, quod dat alterius cognitionem. Hoc est vel complexum vel incomplexum;

Illud Axioma aliquod, Canon aut integra propositio, quales sunt præmissæ

C5

missæ

missæ in syllog. *Hoc* s. nudus terminus, velut medius in syllogismo t. demonstratione.

III. Principia *Complexa* sunt vel *prima* vel *secunda* s. ex primis orta. Illa sunt tam manifesta, ut nemo, qui terminos modo novit, de iis possit dubitare, ut: *impossibile est idem simul esse, & non esse.* Hæc ex primis illis fluunt, atque ex iis probari possunt, habentque singulæ disciplinæ sua principia *Complexa*.

Hinc principia sunt *Theoretica* vel *Practica*, utraque vel *Innata* vel *adquisita*.

IV. Principium est vel *Quod*, cui in casu recto potest tribui principiatum, vel *Quo*, cui in Ablativo potest tribui principiatum. v. gr. *Gubernator manu, clavo gubernat navim; Ille est principium quod, hæc sunt principia quibus.*

V. Principii & principiatu cognata sunt *prius* & *posterius*. Illud est, quod antegrè dicitur aliud quocunq; modo,

ut

ut *generans est generato prius.* Hoc est, quod post alterum est, ut *generatum.* Ex modis prioritatis eminet *prius cognitione.* Et dicitur aliquid alio notius, *simpliciter*, vel *secundum nos.*

Prioritati & posterioritati opponitur *simultas*, qua unum dicitur esse cum altero simul.

VI. *Causa* est principium influens s. tribuens esse in aliud i. e. tale quod distinctam habet essentiam, sic *architectus est causa domus.* Suntq; causarū genera *Quatuor*, quæ in *Interna* & *Externa* dividuntur, *prioris classis* habentur *materia & forma*, *posterioris* v. *Efficiens & finis.*

Causæ correlatum est *Causatum* s. *id*, quod causatur, & ab altero esse suum accipit.

VII. *Causa* est vel *ordinaria*, quæ causat ordine in natura consveto. Vel *Extraordinaria*, quæ non servat usitatum in natura influendi ordinē.

VIII. *Causa* est vel *Universalis*, quæ ad certum causatum non est determinata,

minata, vel *particularis*, quæ ex adverso se habet.

IX. Causa est *Actu* vel *potentia*, *illa*, quæ actu & revera influit in effectum, ut *Architectus edificans, respectu edificii*. Hæc, quæ actu non influit in effectum, habet tamen potentiam influendi, ut *architectus dormiens*: dicitur etiam alia Causa *Vera* & sine quâ non.

X. Causa est vel *Remota* s. *mediata*, quæ influit in effectum aliis causis ejusdem generis interfluentibus. Vel *proxima* s. *immediata*, quæ in causatum influit, non interveniente alia. Sic cibus causa remota est sanguinis, chylus v. proxima.

XI. Causa est *Totalis* s. *Solitaria*, vel *Partialis* s. *Socias*.

XII. Causa est vel *prima* l. *2da*. *Adequat.* i. l. *inadequata*, *subordinata* l. *non subordinata*. *Subordinata* iterum l. *essentialiter*, l. *accidentaliter* talis. De quibus in ipsis lectionibus pluribus agendum erit ut & cap. seq.

Quæstio-

Quæstiones.

1. An pater in divinis filii, & filius cum patre S. S. *principium* turo ab orthodoxis dici queant. Resp. dist.

2. Concesso hoc, quod pater sit principium filii, nam pater sit prior filio, & filius posterior Patre? Resp. Prior & posterior saltim enumeratione, non a tempore s. duratione intelliguntur.

3. An verum & indubitatum Theologia cognoscendi principium, è quo omnia fidei dogmata primo deducuntur, & in quod ultimo resolvuntur, sit unicum in sola revelatione divina consistens? Resp. Adf.

4. Num bona opera sint causa sine qua non salutis? Resp. Neg.

5. An quia Deus est causa Adami, sit etiam Causa peccati Adamitici? Resp. Valet Canon, Causa Cause est etiam Causa Causati, in causis per se essentialiter & necessario connexis & subordinatis, non a. in subordinatis accidentaliter.

6. Num Deus pater filii & S. S. *dicendus* sit causa? Neg.

CAP.

CAP. V.

De Causa efficiente, finali, materia, forma.

INitium merito facimus à *causa efficiente*, quæ in agendo videtur manifestior ceteris causis. Est ergo *Efficiens* causa externa, à qua effectum s. causatum est per veram actionem. S. Sic, est, quæ vel influit in effectum, vel eum intendit, aut aliquid ad eum confert, sine tamen mutatione sui. Ut Deus respectu mundi. Hæc dividitur i. in *Physicam* & *moralem*, quarum prior dicitur vera influens in effectum, & agens immediatione vel virtutis, cum per insitam virtutem agit, ut ignis immediate per calorem; vel *suppositi*, quum inter agens & subjectum nullum singulare per se subsistens interjectum est, ut cum aqua manum abluit. Posterior inputative solum influit esse in effectum, quamvis non agat in effectum, tamen aliquid ad eum confert,

confert, i. consulendo, i. mandando, i. rogando, i. cogendo, i. agens ad patiens adplicando, i. non impediendo quando poterat vel debuerat.

II. *Efficiens est 2 vel potentia*, ut fabricator otiosus; Vel *Actu*, tum vel per se vel per accidens, secundum non nullos; si hoc, tum i. respectu cause, ut quum Medicus extruit domum, Vel respectu effectus non intenti provenientis, aut raro, ut fortuna & casus; aut semper, ut febris est causa temperantia.

III. Causa est 3. *Naturalis* & *necessaria* vel *Libera*, quarum prior, politis omnibus iisdemq; ad agendum requisitis, semper eodem modo necessario & sine deliberatione agit, si modo i. *Virtutem* habet integram & sufficientem. 2. *Objectum* capax & vicinum. 3. *Virtus* ejus *Activa* superat *resistentiam* patientis. 4. *Adest* medium aptum. 5. *Mora* quadam. 6. *Patiens* non habet *formam* intentam, aut terminum ad quem. Posterior a. *voluntaria* aliàs dicta, quæ indifferens est ad opposita, est i. *merè libera*, vel

vel *secundum quid*, volens quidem effectum, sed adpetitu tristi, ut *cum viator ad redimendam vitam, latronibus bona sua distribuit.*

IV. *Causa efficiens* 4. est 1. *Principalis* vel *minus principalis*. *Hec* est 1. *instrumentalis* s. *auxiliaris*, ut *ferra*; vel *Concausa* & *cooperans*, ut *adjuvans fabri*; vel *disponens* & *preparans*, ut *calor uteri* in *generatione animalis*, dicitur *aliàs procatartica* & *proegumena*. *Illa*, virtute propria agens & *instrumentalem* dirigens, ut *scriba respectu scripturæ*. *Principalis* 5. iterum vel *procreans* est, *que dat esse rei de novo*, *cum antea non fuerit*, ut *navipegus*; Vel *conservans*, *que esse rei concinuat*, ut *nauta*; vel *interimens*, ut *pirata*; vel *procreans* & *conservans simul*, ut *Deus*. *Deinde* 6. est *Univoca* vel *equivoca*, *quarum illa producit effectum sibi similem in specie*, ut *homo hominem generans*; *Hec* 7. *producit effectum sibi dissimilem in specie*. Ut *Deus mundum condens*, *sol ranam producens*, *item monstrada sunt*.

V. *Causa*

V. *Causa efficiens* est 7. *universalis* vel *particularis*. *Illa* est, *quæ influit in effectum actione ex parte talis causæ ita illimitata & indifferente*, ut *simul in plures & specie differentes effectus influere possit*, ita *Deus* est *causa univ. hominis & calor* etc. *Hec*, *quæ una*, nec *physice communi virtute*, *producit certæ speciei effectus*, *quorum nativa virtus extenditur ad unius speciei effectus producendos*, ut *homo*, *plantæ*, *bestiæ*, *terræque fructus* *producentes sui similes*.

VI. *Efficiens eaque principalis* 8. est *prima*, *quæ ita aliorum causa est*, ut *ejus nulla dari possit*, s. *que independenter agit*. Vel *secunda*, *cujus datur aliqua causa*, s. *que agit dependenter*, *quales omnes causæ principales sunt*, *excepto Deo*. *Prior* est vel *absolute talis*, *qualis Deus*: vel *secundum quid*, *quæ in agendo non pendet à secunda*. *Luna causa prima* sed *merè occasionalis dicitur ætus marini*. *Prima autem se-*

D

cun-

cundum quid, cœlum statuitur; de quibus in Physicis agitur fufius.

VII. *Causa 9.* est vel *Totalis* s. *solitaria* (sufficiens, unica (vel *partialis* s. *socia*) insufficiens, conjuncta) *illa* sine concursu alterius similis s. *causæ* ejusdem ordinis agit & influ- it. *Hec*, quum duæ vel plures cau- sæ ejusdem generis concurrunt ad eundem numero effectum, ut *duo* vel *tres equi trabentes currum, sunt cau- sæ socia, in quibus non requiritur tam si- militudo in essentia, quam in influxu cau- sativo.*

VIII. *Causa Impulsiva* dicitur id, quod *mouet causam principalem ad agendum, & est Interna* *neonyuêiv* vel *externa* *neoxatêivn.* *Illa* est, quæ intus movet ad agendum, cujus effectus est in eodem subjecto, in quo est ipsa, ut homo quum intelligit: *Hec* vero quæ ex- trinsecus impellit ad agendum, s. quæ non in eodem est subjecto, in quo effectus, sic architectus ædificans domum. *Illius* ergo actio immanens hujus transiens dicitur.

IX

IX. *Effectus* est id, in quod influunt efficiens per suum influxum, adeoque est res, quatenus à causa effici- ente dependet. *Ita mundus est Effec- tus Dei, domus architecti.*

NB. Ad idem Causatum plu- res sæpe causæ concurrere solent, quæ sunt coordinatæ vel subordi- natæ. Ad ipsas requiritur, ut una non dependeat ab altera, sic *duo bo- ves trabentes currum sunt duæ causæ effi- cientes coordinatæ.* Ad hunc v. ut una dependeat ab altera l. in fiendo, l. in essendo, l. in agendo.

Subordinatæ a. vel *essentialiter* l. ac- cidentaliter subordinatæ.

Questiones Theol.

1. *An unus idemque effectus causæ prin- cipali & instrumentali recte ac proprie possit attribui?* Resp. Aff.
2. *An humana Christi natura dici possit Deitatis instrumentum?* Resp. dist. observando, *humanam Christi naturam non nisi dictum, internum, efficax & con- junctum esse instrumentum.*

D2

3. An

3. *An fides, ex parte nostri, sit causa justificationis nostrae & instrumentalis?* Res. Aff.

4. *An verbum Dei, Sacramenta & fides sint instrumenta conversionis & justificationis moralia?* Neg.

5. *Num Deus sit physica, an v. moralis conversionis hominum causa?* Res. dist.

6. *Num bona opera sint salutis causa moralis?* Res. Neg.

7. *An Deus dici possit peccati causa moralis?* Neg.

8. *An idem effectus possit produci simul à multis causis totalibus?* Res. Dist.

9. *An tres Divinitatis personae recte dicantur cause creationis sociæ?* Neg.

X. Vocabulum FINIS est æquiuocum, summiturque non pro fine terminationis, qui est ultimum cuiusvis rei, ut mors est finis vite, sed pro fine motionis, i. e. causa finali dicitur aliàs finis causalitatis. Et est FINIS causa propter quam, i. cuius gratia agit efficiens, s. causatum est. Estque i. Principalis, i. minus principalis; Ille primario ab agente intenditur

tur, Hic secundario. 2. Ultimus & non ultimus; Ille ad nullum alium finem coordinatur, idque i. absolute & simpliciter & est gloria Dei; vel secundum quid & in certo genere, qui in certo rerum creatarum ordine postremus est, quomodo summum bonum est ultimus actionum humanarum finis. Hic, alias intermedius dicitur est, qui ad alium superiorem finem ordinatur, continetque sub se proximum, oriunturque hinc fines subordinati. Hi i. essentialiter, i. Accidentaliter subordinati sunt. Essentialiter subordinati fines sunt duo vel plures, quorum unus ab altero dependet. Ita proximus subordinatur remoto, intermedius ultimo. Accidentaliter a. sunt duo i. plures fines, quorum unus ab altero dependet aliquo modo, sed non in causando, ut una actio moralis post aliam expeditur; Medicus curat post alium.

XI. Distinctiones porro finis adferuntur seqv. i. Finis s. cuius & s. cui: prior est, cuius acquirendi gratia

gratia efficiens agit, ut *domus exstruenda*. Posterior a. est subj. m. illud, cui finis *cujus* adquiretur, ut homo, cui ædificatur domus.

2. *Finis* est *objectivus*, aliàs finis qui dictus, & *formalis* aliàs quo. Prior est *objectum*, ad quod tendit efficiens. Posterior est ipsa *objecti* possessio & habitio. Sic *conjugii finis objectivus sunt liberi; formalis liberorum procreatio*.

3. *Finis* est l. *efficiendus*, qui, quum non existat Actu, ita intenditur ab agente, ut producat, sic *sanitas respectu Medici l. curationis*. Vel *obtinendus*, qui est res actu jam existens, & debet modo acquiri, ut *urbs occupanda*. Vel *conservandus*, qui possidetur, intenditur a. ut retineatur, sic *Medicus de sanitate conservanda sollicitus*.

4. *Finis* est l. *Internus*, qui in potestate efficientis est, & quo non potest artifex excidere: vel *Externus*, qui non est in potestate ejus, quin eo sæpe excidat. *Hic est domus respectu architecti; Iste, depulsio pravorum humorum resp. Medici.*

5.F

5. *Finis* alius *per se*, alius *per Accid.* Ille est, ad quem res sua natura ordinatur, ut *studium litterarum ad scientiam*. Hic est, ad quem aliquid ordinatur ab hoc vel illo agente, ut tamen præter naturam talis rei sit. ut si quis furtum ordinet ad eleemosynas erogandas.

6. Finem faciunt alii *Naturalem & Arbitrarium*, Ille est, qui ex natura sua præfixus est, s. ad quem natura sua res ordinatur. Hic, ad quem ex arbitrio agentis aliquid ordinatur.

XII. Solenne est *finem* considerare nunc in *intentione* nunc in *executione*. Ut in *intentione* est, *dividi solet in primum & non primum*. *Primus*, qui *absolute* talis est, dicitur, qui ita aliorum est causa finalis, ut ejus profusus sit nulla. *Secundum quid* a. qui in certo rerum genere *primus* est. *Non primus* a. contrario se per omnia habet modo. Qui jam in *Intentione* est *primus*, dicitur in *executione* *ultimus*, quo obtento *adquiescimus*,

D 4

nec

nec ad alium finem tendimus. Qui v. est *non ultimus*, dicitur in *executione intermedius*, quo obtento ad alium tendimus, de quo §. X. Ratione executionis finis dicitur *Remotus* l. *proximus*. Ille est, inter quem & executionem alius intercedit *finis*, qui prior producat vel obtineatur. Hic contra.

Quest. unica. An Reprobi possint esse finis passionis Christi? Aff.

XIII. Sequuntur jam interna causarum genera, Materia & forma; aliis *hasce non tam causas, quam quasi partes principiave rei proprie non causalia, formamque rationem quandam t. attributum rei primum existimantibus. Verum tritam viam tenere hacce vice mihi imperari.* Dicitur *Materia* quasi mater rerum *ū*, ob nimium suum ambitum; Et est *Causa Interna*, ex qua aliquid constituitur, ita ut hæc ei in sit & actum formalem recipiat: *ut corpus resp. hominis. S. sic in genere, Materia est, quæ patiendo influit.*

Dist.

Dist. communiter in *Materiam ex qua, in qua & circa quam*. *Materia in qua* est subiectum, cui forma inest; *Ex qua*, quæ hujus est loci, est vel *educationis*, ex qua forma educitur l. *educta* est: Vel *Compositionis*, ex qua aliquid componitur l. *compositum* est. *Circa quam* s. obj. m. est id, circa quod aliqua potentia l. habitus, t. eorum actus versatur.

XIV. *Materia* dicitur *1.^a*, quæ ita est materia, ut ejus nulla detur alia; vel *2.^a*, quæ resolvi potest in aliam priorem, s. quæ constat ex alia materia; sic ligna in mensa, navi, curru. Hæc est vel *permanens*, compositionis aliàs dicta, ex qua citra mutationem speciei & nominis aliquid fit, *qualis materia est aurum resp. diadematis*. Vel *Transiens*, alterationis dicta, ex qua mutata quoad nomen & speciem nova fit species, *ut ovum resp. pulli*.

Not, *Primam ab aliis sic haberi, quæ primum corporis subj. m. est, prorsus carens*

D5

omnibus

omnibus formis physicis, ad quas successive recipiendas tamen disponi potest. Secundam v. quæ habet certam formam speciemve physicam, actuque materia est, quæ inexistit.

3. *Materia* secundum alios est *universalis*, quæ licet sit sub aliqua forma, indifferenter tamen respicit quamvis aliam in eadem rerum serie, ut *magnitudo* resp. *cujuslibet figuræ*. *Particularis* v. quæ ad peculiarem est determinata formam.

4. Plures adferri solent *distinctiones*, ut *materia* sit *propinqua*, paucioribus ad recipiendam formam egens mutationibus; Vel *Remota*, quæ pluribus eget. *Alia* dicitur *sensibilis*, l. sensibus perceptibilis; *Alia intelligibilis*, cui mens materiæ rationem attribuit; vel prout alii volunt, quæ in sensibilibus existit, non ut sensibilia sunt: ut *res mathem.*

Addunt etiam *necessariam* & *non necessariam*. *Totalem* & *partialem*, quarum hæc est, extra quam alia datur ad

ad actu constituendum tale compositum; illa non item. *Per se* & *per Accid.* Illa à qua ut tali descendit compositum. Hæc v. *contrario* comparata est modo.

Questiones.

1. *An mundi ex nihilo producti materia informis dicatur chaos?* Resp. *Dist. inter nihil negat. & privat. Materiam compositionis & constitutionis. Inter principium rerum seminale & perfectum ac distinctam earum constitutionem.*

2. *An sit vera Baptismi cum externa s. terrena, tum celestis & invisibilis materia?* Adf. *Nam ista est vera & naturalis aqua, abluendo corpori apta; Hæc v. tota S. S. Trinitas l. adpropriative Spiritus S. sus.*

3. *An & quomodo panis & vinum cum corpore & sanguine Christi, dici possint S. coenæ materia?* Resp. *Dist. inter materiam univocè & analogice sumtam. Corpus Christi cum pane, sanguis cum vino mystice, verè & realiter in substantia sacramentaliter unita presentissime ad sunt, revera à communicantibus accipiuntur & percipiuntur.*

XV. *Forma 2^{da}* Aristot. est *substantia*, ex qua & materia unum constituitur compositum. vid. Arist. metaphys. τὸ εἶδος ἐστὶν ἡ εἰσία, ἐξ ἧς καὶ τῆς ὕλης ἡ σύνολος λέγεται εἰσία. Alii formam idem, quod essentiam volunt: nempe primum rei attributū, aut rationem, qua sine res concipi nequit, & per quod res est id, quod est.

Quando dicitur forma dat esse rei, intellig. est, non quodvis esse, sed τὸ τι, hoc aliquid, i.e. determinatam rei essentiam.

XVI. Distinguitur 1. in *Essentialem*, quæ rem in esse constituit. Et *Accidentalem*, quæ rem accidentaliter determinat, ut *Doctrina in homine*. 2. In *Metaphysicam* & *Physicam*, quarum hæc altera pars compositi naturalis contradistincta à materia dicitur, ut *anima*: *Ista* v. est essentia tota & quidditas rei, ut *humanitas hominis forma est*.

3. Forma est *adstans* l. *informans*. *Illam* dicitur quæ nullam habet unionem

nem *Physicam* cum re, cui adstet, motum tamen rei dirigit, ut *nauta resp. navis*. *Ista* tantum causa efficiens est & non forma. Hæc est proprie *forma*, per unionem sui cum materia dans esse rei.

NB. Quidam volunt sic: *Quod corpora sint & existant in rerum natura, unice debent materia: per formam a. talia vel talia sunt.*

XVII. 4. Forma dicitur *Totius* & *partis*. *Illam* per Analogiam est forma, non proprie; Et est tota rei essentia in abstracto spectata, ut *humanitas*. Hæc est altera pars compositi à materia contradistincta. *Alii* sic: *Est forma totius compositi*, ut *anima hom.* *Partis* v. quæ alicui in toto parti competit, hæc est *forma oculi in homine*.

5. Est *Generica*, *specificam* & *numericam* & *singularis* & *propria*. *Illam* dat esse genericum, *ista* specificum, *Hæc* singulare. *Sic forma numerica Arist.* est hæc *ipsius animam*; *Specificam formam hominis ani-*

ma

ma rationalis; generica forma animalis forma viventis.

6. Forma dicitur *ratione subjecti Interna & Externa*, illa est, quæ subjectum cui inest, permeat l. penetrat. Hæc ex diversa quantitatis determinatione resultat & in superficie corporis hæret. Dicitur etiam *ratione essentie interna & externa*; Hæc alias *exemplar*, quod est iterum *Extern. & Internum*. Exemplari respondet *Exemplatum*.

7. Hicce additur forma *Materialis & Immaterialis*, ista dependet à materia *in esse fieri & operari*; Hæc v. non item.

8. Forma dicitur etiam *Modalis*, quæ rem singularem actu adficit immediate. *Realis a.* ubi forma non modus sed res est.

Questiones.

1. *Quenam est baptismi forma? Resp. Externa consistit in legitima administratione ejus. Interna est unio partium sacramentalium, b. e. certa habitudo aque ad S. S. Trinitatem.*

2. *Ad*

2. *An fides pertineat ad formam & essentiam sacramenti? Neg.*

3. *An Causa justificationis nostre formalis sit non imputatio peccatorum, & imputatio justitiæ Christi? Adf.*

4. *Num fiducia, an v. dilectio & obedientia præceptis Dei præstanda sit vera fidei salvificæ forma? Adf. prius.*

5. *An fides sit bonorum operum forma? Resp. dist. 1. inter bona opera legaliter spectata & relatè. h. m. dicitur, non isto. 2. Inter formam abstractivè & concretivè. Non intelligitur forma informans essentialis & constituens, sed adsistens, accidentalis & concomitans.*

XVIII. Huc spectare Subjectum & Adjunctum eruditi Statuunt. Verum in principio tenendum *subjecti*, aliquando opponi *prædicato*, & vocari subjectum prædicationis, de quo in *Logicis*. Aliquando opponi *Adjuncto* & notare *Ens*, quod præter suam essentiam aliquid in se recipit. Non raro etiam ei opponi, quod circa aliquod occupatur, & adpellari *subjectum occupationis*,

tionis, considerationis, tractationis, unoq;
nomine *objectum*. Non male Philo-
sophis distinguuntibus *subjectum* &
objectum. *Subjectum* est, quod alteri sub-
stat vel aliud in se recipit; siue sic
subjectum est *Ens*, ceu aliquid additum,
quod non ingreditur ejus *essentiam*: sic sub-
stantia est *subjectum* accidentium;
mensa librorum vel ciborum.

XIX. *Subjectum* est *inhesionis* cui
adjunctum inhaeret, ut homo est *subje-*
ctum doctrine: vel *Tractationis* siue *Oper-*
ationis, alias *objectum* dictum, est
circa quod aliquid occupatur, ut
res respectu fabri, *corium* respectu sutoris.
Est ergo *objectum* id, ad quod actus po-
tentiae activae extrinsece termina-
tur, ut *cognitionis nostrae* *objectum* sunt
res cognitae; *voluntatis res*, quas adpeti-
mus. Est a. *objectum adequatum*
totale & *proprium*, vel *Inadequatum par-*
tiale & *commune*. Illud, quod omnia
completitur; s. aequae late patet cu
suo occupante. S. s. adaequatum
est fidei justificantis *objectum*. Hoc
vel

vel angustius l. latius est suo occu-
pante. Sic *adaequatum phys.* *subjectum*
est *corpus naturale*, *partiale* homo.

Huc spectat distinctio *objecti* in
objectum adaequationis & *perfectionis*.
Illud jam descriptum est, hoc notat
nobilissimam partem in *objecto* to-
tali ut *deus est objectum pneumaticae*, *homo*
physic.

XX. Aliud dicitur *proximum*, al.
Remotum, de quibus §. 22. *Principa-*
le l. *minus principale*, *Virtualiter* tale l.
formaliter; *per se* l. *per accid.* quae ex pri^o
nominatis intelligi possunt. Mentio
etiam haec fieri solet *objecti naturalis*
& *supernaturalis*. *Naturale* illud dicitur,
quod potentiae naturali ejusq;
viribus naturalibus respondet; *Super-*
naturale, quod a potentia naturali
actu conveniente adprehendi ne-
quit.

XXI. *Subjectum* quod s. *denomina-*
tionis est, quod adjunctum funda-
mentaliter sustinet, & ab illo deno-
minatur. *Subjectum* quo s. *informa-*
E tionis,

tionis, quod adjunctum immediate sustinet, quoque mediante illud in subiecto fundamentali recipitur. *Subj. quod doctrina est homo; subiectum quod mens.*

XXII. *Remotum est, inter quod & formam aliud intercedit; & Proximum, è contrario se habens. Ita aliud est subordinatum, aliud non subordin. Totale vel partiale.*

XXIII. *Adjunctum est, quod rei essentiam insequitur, vel ei supervenit; Ita liber est mensa adjunctum. Et est l. ex substantiarum, l. accidentium, l. modorum genere. Dividitur in commune & propriam. Commune est, quod ita alicui inest, ut etiam aliis diversis speciebus conveniat, sic albedo resp. hominis & cygni etc. Propriam v. est, quod uni tantum per se convenit & non pluribus, ut risibilitas resp. hominis.*

Quaestiones.

1. *An & quomodo Deus recte attributorum suorum dicatur Adjunctum? Resp. dist. Observo. tamen non realem distinctionem*

nam

nem heic necessariam, d. sufficere formalem.

2. *An Caro s. humana Christi natura s. λόγος s. filii Dei possit vocari Adjunctum? Resp. dist. nonnullis quaestionem adfirmantibus, dum formale termini Adjuncti bene habent cognitum.*

CAP. VI

De necessario & Contingente.

Affectionum disjunctarum *alia* tales sunt, ut unum membrum huic Enti, alterum alteri attribuatur: ut *finitum & infinitum*, dependens & independens etc. *Alia* v. tales, ut utrumque membrum in unum Ens, sub diversa tamen consideratione, cadere possit, ut *necessarium & contingens, idem & diversum* etc. Hinc absoluta Doctrina de *causis*, agendum est de *necessario & contingente*, quum haec in ordine ad causas sumantur.

Et dicitur *Necessitas* l. indigentiae l. coactionis, l. violentiae, de

Ez

qui-

quibus §. 3. l. expedientia, l. immutabilitatis, quarum ult. h. est loci.

Aliter distingui solet in eam, quæ est in adficiendo, operando, predicando & essendo, hæc etiam huc spectat. Et denique necessarium Complexum l. incomplexum est.

Illud enunciatio necessaria est, id est talis quæ ita vera est, ut falsa esse nequeat. Hoc est res simplex simplici Terminum prolata, & vel independens vel dependens dicitur.

Et est Necessarium, quod aliter se habere non potest, s. quod non potest non esse se. Ut necessarium est Deum esse justum.

II. Necessarium est absolutum vel Hypotheticum. Hoc oritur ex certo respectu, ut Petrum sedere eo momento quo sedet, necessarium esse Hypotheticum. Alias dicitur, necessitas hypothetica, quæ aliquid non finit aliter esse, vel propter actum existendi, vel propter extrinsecam aliquam conditionem s. circumstantiam, & quoniam ad

mixtam

mixtam habet aliquam contingentiam, quo modo est impura.

Illud non ita respectui vel temporis est alligatum, & oritur l. à causa externa nempe efficiente vel finali; vel interna, materia nim. & forma. Sive sic: Necessitas absoluta dicitur, quæ ens in se & sua natura non potest aliter esse, quam est. Vocatur absoluta, quod absolvatur ab omni prorsus mutabilitate & variabilitate, quæ aliquam conditionatam necessitatem importet. Et est simpliciter talis l. secundum quid. Illa, quæ nullo modo finit rem aliter se habere, inferendo aliquam independentiam, soli Deo competens. Hæc v. quæ aliquid ex prescripto creatoris & inde orta immutabili causarum cum effectis cohesione, s. quæ aliquid ex prescripto creationis & inde fluente immota causarum cohesione, non aliter se habet. Estq; hæc longe minor, quam simpliciter absoluta.

III. Quæ ab efficiente s. propter causam efficientem necessario fiunt, fiunt l.

E 3

subje-

subjecto non repugnante l. repugnante. Aliàs dicitur necessitas *Physica* s. naturalis; vel violentiæ & coactionis, cuius principium extrinsecum est, vel quando agens operatur cum displicentia contra voluntatem, quod dicitur *violentum*. Estq; l. contra *inclinationem elicitam* s. actû adpetitus, & dr. coactum; l. *naturalem* s. naturaliter instam, dr. *strictè violentum*.

IV. A *sine*, est ex suppositione finis l. expedientiæ; illa ita rei incumbit, ut finis esse nequeat, nisi res talis sit; ut animali necessaria est respiratio ad vitam. Hæc dependet ex ratione commodi, quod confert ad melius esse.

Formæ necessitas dicitur formâ sequi, ut homo necessario per suam formam homo est.

Materiæ necessitas conditiones materiæ sequitur. Hinc omne generabile & corruptibile necessario materialium. Omne materialium necessario est *extensum*.

V. Ne

V. Necessitas est *consequentis* vel *consequentie*. Ista, quando tam antecedens quam consequens in se necessarium est, ut si homo est animal, sentire potest.

Hæc v. quando consequens non est necessarium, nisi posito antecedente, ita tamen, ut tam antecedens quam consequens sint in se contingentia. Ut si homo diebus æstivis stet sub sole, necessario incalcescit. Hæc quoq; consequentiæ necessitate reprobos damnari necessum est. Vel sic: Necessitas Consequentis est *dependentia essentialis causæ & effectus*, ut si sol ortus est, dies est. Consequentie, quando necessaria sunt, que mutari possunt, sed tamen non mutantur, quia causæ eorum non mutantur. Sic necesse est ignavos manere indoctos, quia causa non mutatur, que est ignavia.

Dividitur aliàs in Necessitatem antecedentem & Concomitantem.

VI. Contingens ex opposito se habet ad necessitatem, & in formali ratione infert aliquam mutabilitatem & variabilitatem,

E4

tatem,

tatem, per quam res potest l. plane non esse, l. aliter esse, s. aliter se habere. Dividitur in internum & externum; quorum Hoc est, quo aliquid propter externum principium aliter se habere potest. *Que contingentia in omnes res creatas cadit, si cum Deo conferantur.* Aliàs dicitur fortuna & casus. Illud, quo aliquid ob principiũ Internum tale est, ut agere l. non agere, ita l. aliter agere possit. Hæc dicitur aliàs arbitrii libertas; Et competit tantum agentibus voluntariis, s. iis que agunt ex libertate arbitrii, qualia sunt Deus, angeli, homines.

NB. Consistit libertas voluntatis hum. proprie, formaliter ac specificè in eo, quod sit facultas, qua homo ab intellectu cognita libere vel s. scipere l. repudiare potest.

Addunt alii libertatem Contrarietatis s. quoad specificationem; Et Contradictionis, s. quoad exercitium.

VII. Obs. Dei præscientiam non tollere rerum contingentiam. Dei enim

enim præscientia non est causa ipsarum rerum; Res n. propterea non sunt l. fiunt, quia Deus eas novit futuras, d. quia futuræ sunt, Deus eas præscit. Deus igitur præscit res, prout futuræ sunt; necessarias præscit necessario fore, contingentes v. contingenter. Unde si forte ex præscientia divina, aliqua rebus accidat necessitas, illa tamen tantum est Hypothesica, quæ non tollit contingentiam.

Dicitur porro Contingens 3. ter; æqualiter, ut plurimum, raro; de quibus in lect.

Quæstiones.

1. An & quomodo satisfactio Christi fuerit necessaria? Aff. Necessitate scil. Hypothesica & consequentia, non v. absoluta & consequentis.

2. An aliqua sit honorum operũ necessitas & qualis illa? Resp. Aff. ut in priori. Nã necessaria sunt ex necessitate 1. div. mandati. 2. debiti. 3. Officii Christiani.

3. An bona opera ad salutem sunt necessaria? Resp. Aff. Dist.

4. *An actiones Dei necessariae sint an contingentes? Resp. Aff. Necessarias esse, dum de actionibus Dei immanentibus & personalibus intelliguntur; Contingentes v. dum de Emanantibus, quae ad extra, ad creaturas scil. sese exerunt, judicant Theol.*

5. *An praesentia div. rerum tollat contingentiam. Resp. petenda ex §. 7. b. cap.*

6. *An homo libertate contrarietatis, quae elicere potest actus specie distinctos, sit praeditus? Resp. Aff.*

7. *An libertas arbitrii humani formaliter consistat in eo, quod Deus libere, antecedenter tamen, voluntatem determinet? Resp. dist.*

8. *An libertas formaliter consistat in eo, quod voluntas non à semet ipsa, sed à iudicio intellectus practico ita determinetur ut contravenire illi nullo modo queat? Neg.*

CAP. VII.

De Uno ejusq. cognatis.

I. *Imme-*

Immediati Entis Attributis breviter jam delineatis, proximo loco veniunt *Mediata*, quae Enti convenire dicuntur mediante aliqua ejus simplici affectione, tangenda. Verum quoniam haec ex unitis fluunt, idcirco junctis simplicibus s. unitis, hisce seq. tribus capitibus praecipua eorum adducentur; quum imperata brevis non ferat omnia ex dignitate pertractare; Hoc tamen ordine proponuntur, prout ex simplicibus fluunt. Ex unitate promanant *simplex & compositum, Totum & partes, universale & singulare, Idem & diversum.* Ex veritate *naturale & artificiale, mensura & mensuratum,* adferunt alii hisce, *signum & signatum, subjectum & Adjunctum.* Ex Bonitate v. *completum & incompletum, Absolutum & respectivum, permanens & successivum,* quibus addunt *finitum & Infinitum.*

II. *Natura ipsa tendit ad unum. Ean. e. ratio intellectus nostri, ut res varias in unum statum redigat. Itaque*

Itaque alia unitas est, quæ rebus imponitur ab intellectu nostro, & alia, quæ ex natura sua illis competit.

Unitas (*transcendens & Metaph. & non quantitativa s. Arithmet*) est entitas indivisa, sicut multitudo infert divisionem, ita illi opposita unitas negationem divisionis. s. secundum Arist. *ἓν ἐστὶν ὁ πρὸς αὐτὸν ἐστὶν. Unum est, quod in se est indivisum*; h. e. Ens dicitur unum, quatenus in se & sua Entitate non est divisum. v. g. *Deus est unus, quia in se indivisus. Homo, quia ratione essentie hominis indivisus; Exercitus, quia ratione r̄s esse indivisus. Domus ut domus indivisa. Oppositum proprie loquendo, est Non Ens, quidquid enim discedit ab unitate transcendentali abiit in nihilum, nec enim Ens est, quod in se non est unum, quacumque demum ratione plura involvit, Alias privative quodammodo uni opponitur multum, quum enim ad multitudinem ventum, jam non Ens est, sed plura En-*

ra Entia, sic infertur privatio quædam unitatis, nisi plura illa ad unitatem quandam redigantur.

Multa sunt, quæ actu divisa sunt. Ut enim unum dicit indivisionem, sic multum divisionem.

III. *Definitionem excipit divisio. 1. Unitas ergo est indivisibilis s. simplex, qua Ens ita indivisum est, ut neget plura realiter distincta, in quæ resolvi possit, Estque talis vel absolute l. secundum quid. Vel divisibilis s. composita, qua ita indivisum est Ens, ut in se contineat plura realiter distincta, in quæ resolvi possit.*

2. *Unitas communissime sumpta dicitur per se l. per Accidens; Hac, quæ plura Entia præsertim completa, per accidentalem conjunctionem, redigit ad aliqualem indivisionem, quæ huc non spectat proprie. Fitque l. unitate i. loci, quæ cum ordine l. sine l. 2. subj. l. 3. consortii s. suppositi quarū hæc fit, quando plures naturæ accidentales uniuntur in uno supposito, v.*

gr. Aurum

gr. Aurum & argentum in uno poculo; ista, quæ plura unum sunt subjecto, v. gr. gravitas, durities, albedo in uno lapide. Sic varii habitus philosophici faciunt unum philosophum. Illa, quando ordinantur ad unum aliquod constituendum, v. gr. exercitus militum, respubl. mundus.

Alias sic. Unitas per accidens fit tribus modis. 1. per concretionem s. subjective, quando accidens cum subjecto conjungitur, l. duo accidentia in uno subjecto. 2. per aggregationem s. collective, quando plures res coacervantur & congregantur. s. aliquis intercedat ordo, s. nullus. 3. per confociationem s. conjunctivæ, quæ plerumque infert contactum localem, s. illa unibilia quoad externas tantum superficies conjunguntur, s. etiam intimior fit unio De uno per se & per accidens, simplici & composito, toto & partibus etc. In paragraph. sequenti agetur pluribus.

IV. Multa quum superius tacta fuerint,

fuerint, heic continuanda duxi, noscendo, multitudinem esse variam, pro ut divisio rerum est alia atque alia. Sic multa sunt 1. Numero, quæ numericè sunt diversa, ut individua ejusdem speciei. 2. Essentia, quorum definitio essentialis diversa, v. gr. homo, equus, canis etc.

Multa unum fiunt per unionem, quæ in genere est conjunctio plurium distinctarum rerum, ad indivisum aliquod constituendum.

V. Unio est vel Realis l. Verbalis. Ista ubi plures res revera conjunguntur. s. Realis est plurium Entium concursus ad unum aliquod & indivisum constituendum. Estque per se l. per Accidens. Hæc quæ res plures conjunguntur ad constituendum unum per accidens, fitque per concretionem, l. per aggregationem, l. per confociationem, quæ proprie huc non spectant. Illa vero quando plura conjunguntur ad constituendum unum per se, quæ hujus est loci. Estque
Essen-

Essentialis l. suppositalis; Illa qua essentialia uniuntur plura ad unam essentiam constituendam, v. gr. Corpus & Anima in homine. Vel quae plures naturae uniuntur ad unum suppositum constituendum. v. gr. Aurum & argentum in poculo.

Huc referenda unio personalis, qua duae naturae abeunt in unam personam; h. e. constituunt unum suppositum intelligens. E. gr. In Christo, ubi divina natura in essendo & subsistendo completa adsumsit humanam in essendo quidem completam, propria tamen hypostasi destitutam, in suam hypostasin, ut sic una fiat persona Θεου & ανθρωπου. Et huc spectat descriptio personalis unionis, quando dicuntur duae substantiae in essendo completae, quarum altera tamen in subsistendo incompleta est, conjungi ad constituendum unam aliquam personam, qualis unio est inter divinam & humanam naturam Θεου & ανθρωπου.

Hec scilicet. Verbalis in nuda verborum attributione & convenientia consistit, ut Herodes & vulpes qualem etiam

nam in sacram. Coenae somniant Calviniani.

Unio porro dicitur interior l. Exterior. Illa, qua unita se intime permeant. Haec v. qua ea extrinsecus se sine permeatione attingunt. Huc conjuges & amiratione consensionis etc.

VI. Unum per se est, quod revera est unius naturae, id est, quod habet praesens ea, quae ad essentiam, integritatem, vel complementum talis Entis, in suo genere, per se & intrinsicè requiruntur per se & πῶτος unum dicitur, quorum una est οὐσία, substantia s. essentia. Et quidem l. unum.

1. Continuitate, per artem ut mensurae & contiguitate & connexionione, ut fascis. Continuum dicitur, cujus partes communi aliquo termino copulantur suntque alia continua magis, quae natura talia sunt, ut manus: l. minus, quae arte sunt continua, ut asseres glutine juncti.

2. Subjecto, ut sapientia & eloquium. Cic.

3. Analogia, ut res, quarum una habet

bet rationem ad alteram, l. inter quas quedam est similitudo.

4. Genere, propinquo vel Remoto.
5. Specie, scilicet ratione & definitione.
6. Numero re, & ratione.
7. Indivisibilitate, ut punctum.
8. Accidente, Demosthenes & Isocrates oratoria.
9. Causa.
10. Effecto.
11. Numeri principium & mensura, adeoque non ipse numerus.
12. Transcendentale, de quo hec agitur.

VIII. Ens per se unum est simplex
1. Compositum. simplicitatem non possumus aliter, quam sub Terminis negativis describere.

Est a. simplex. quod compositionis expertus & partes nullas habet. dist. in absolute & secundum quid. Alias sic: simplex est, quod habet Entitatem indivisibilem. Compositio a. qua Ens aliquod Entitatem habet divisibilem. Quæ v. compositionem habent & non Tendunt ad

ad unitatem per se, dicuntur composita per Accid. Ens & unum per accidens, quia constant partibus discretis & unitis quidem, sed non à natura nec primo ad huiusmodi unionem ordinatis.

Compositio dividi solet in Rationis s. metaphysicam & Realem s. physicam. Illa est, quando ratio simplicem rem diversis conceptibus apprehendit. s. sic: Cujus extrema ratione tantum sunt distincta. Hæc involvit imperfectionem Hæc v. cujus extrema sunt realia & re distincta, ante operationem intellectus. Et hæc etiam imperfectionem importat 1. ob dependentiam ab effic. partes componentes uniente 2. Alterius alicujus prioritatem. 3. potentiam passivam. Dicitur alia compositio interna, alia Externa. Illa est, quum quædam ita uniuntur, ut se invicem penetrent; Hæc cum se tangunt secundum extremitates.

IX. Compositum opponitur non tantum simplici, & quidem private, sed etiam partibus & Tum dicitur totum. Totum tamen opponitur &

partibus, nempe relative, & mutilo nempe private, quia mutilum non habet omnes partes debitas.

Totū est, quod continet ea, qua continentur ut ea sint unum. s. sic, quod ex partibus debito modo unitis constituitur. Est quæ in rigore suo 1. Essentiale, cujus partium una habet se ut potentia, altera ut actus, constituentium unam essentiā. Et est physicum l. metaph. Illud cuius partes sunt realiter distinctæ. Hoc cuius partes sola, ratione distinguuntur. 2. Integrale, cujus quantitas a quantitate partium, constituitur. Hoc dividitur in simile & dissimile.

Addunt alii Totum 1. Numerale, quod ex pluribus unitatibus constat. 2. Potentiale, quod plures potentias importat. 3. Perfectionale, quod secundum complementum substantiæ individualis attenditur s. quod habet omnes perfectiones debitas. Est denique vulgare l. singulare.

X. Partes sunt sine quibus totum esse non potest. Arist. pars alius dicitur, ex quo totum

totum componitur, & in quod totum est divisibile. Not. intellecto Toto, partium natura est cognita. Inveniunturque partes proprie dictæ in toto tantum essentiali & integrali. Unde sequitur, si proprie loquamur esse totorum genera, essentialia nempe & integrale.

Dividitur alia pars in principalem & minus principalem; In necessariam & non necessariam.

XI. Ab uno est, quod res dicatur eadem, sicut a multitudine diversa. Identitas n. nihil est, nisi comparata unitas, & est convenientia rerum in aliquo tertio. Alia est Rationis, alia Rei. Idem est l. genere, l. specie, l. numero, l. proportione. Genere, quæ sub eodem genere. Specie etc. Identitas rei est vel extrinseca l. intrinseca; Illaque vicissim causalis, Effectiva, subjectiva, Accidentalis. Hæc v. essentialis l. suppositalis.

Diversum unitatis consequens est esse divisum a quovis alio. Diversa distinguuntur in prima diversa & diversa differentia

XII. Diversitas est *Realis* l. *Rationis*. Illa, quæ citra operationem intellectus distinguitur, quæ h. loci est. Hæc, quæ citra operationem Intellectus non distinguuntur. Estq; *rationis ratiocinata*, quando ratio sumit occasionem & ansam distinguendi ex ipsis rebus ut anima in homine distinguitur à rationali. Vel *rationis Ratiocinantis*, ubi tali ansa & occasione destituitur. Ut *Ensis* & *gladius*. Ista triplex statuitur: *Virtualis, formalis, potentialis*.

Diversitas est *distinctio* vel *oppositio* distinctio est *diversitas sine repugnantia*.

Et est *Realis*, quæ est citra mentis operationem; vel *Rationis*, quæ non item.

Et est *strictè sic dicta inter rem & rem*.

Et *Analogice inter rem & modum e-
jus separabilem*; vel inter oppositos modos.

XII. Oppositio est *diversitas*, *repugnantiam de se inferens*; s. *diversitas cum repugnantia aliqua*. Estque vel plu-

rium,

rium, quæ *disparatio* dicitur, l. duorū, quæ dicitur *oppositio in specie*.

Conditioes oppositorum sunt sequ. opposita debent tribui 1. *Eidem*. 2. *Secundū idem* 3. *Ad idem*. 4. *Eodem tempore*. 5. *In gradu excellenti*.

Oppositio sumitur *generaliter* l. *specialiter*. Hæc est *positiva* vel *negativa*; illa iterum *Relativa* vel *contraria*; Hæc *privativa* vel *contradictoria*.

XIII. Quod *Ens* aliud *universale*, aliud *singulare* dicatur, id ratione unitatis Enti competit. *Universale* est, quod in pluribus inferioribus dicitur *multiplicabilitatem*. *Singulare*, quod pluribus numero diversis essentis communicari nequit.

Not. *Universale esse divisibile in plura talia*, quale est ipsum ratione *materialis*, non a. quoad *formale*, ipsam scil. *universalitatem*. Et sic *singulare non potest dividi in plura talia*, quale est ipsum, adæquatè, h. e. *in quibus tota illius ratio includatur*.

F4

Que-

Quæstiones.

1. An baptismus sit una & indivisa actio, quoad substantiam & speciem actionis, ratione sacramentalis unionis rei terrene & celestis, ita ut ministri & spiritus sancti actio eodem tempore unum baptismum constituat & absolvat? Aff.

2. An & quomodo Ecclesia Christiana sit una? Resp. Non est una per se, sed per accid. ut & ratione principii, fundamenti, domini, presidii, termini, mediis & spiritualis vinculi.

3. An Christus sit unum per se, an vero per accid? Aff. prius, non strictè intellecto hoc per se, d. analogice.

4. An formalis unionis ratio consistat in præsentia extremorum locali? Resp. Non queritur de Unionem l. verbali, l. Notionali, sed de reali, eaque non extrinseca, sed interna; non per accidens, sed per se talis, & sic hæc neg.

5. Qualis sit unio duarum in Christo naturarum, & an rectè dicatur personæ? Aff. si modo observemus, unionem personalem non dici unionem personæ & naturæ, sed duarum naturarum in una persona.

6. In

6. In quo unio personalis consistat formaliter? Resp. In ætissima duarum naturarum in una Christi persona sibi invicem præsentissimarum περιωρισει, impermixta & inconfusa immediatione.

7. Num post factam unionem personalem div. & Humanæ nature totus λόγος ita intra carnem existat, ut totus etiam sit extra carnem suam? Neg. Nam sicut caro non est extra λόγος, ita neque λόγος post factam unionem utriusque Hypostaticam sit extra carnem, ita tamen ut nec caro sit immensa, neque λόγος includatur, finiatur & circumscribatur, sed & illa permaneat finita, hic v. infinitus.

8. An simul cum corpore, quod τὸ λόγος immediate est unitum, accidentia etiam sunt unita? Aff. Nam sicuti animam ὁ λόγος adsumsit non sine intellectu & voluntate, sic & corpus adsumsit non sine quantitate & aliis accidentibus, d. ut quantum, coloratum & figuratum.

9. Utrum unio duarum in Christo naturarum sit facta ad unam nat. an v. ad personam? Adf. post.

F 5

10. An

10. An & quomodo unio fidelium cum Deo & carne Christi, mystica, sit substantialis? Resp. Non naturalis, sed mystica, spiritalis & supernaturalis, consistens in unione per *coadunationem* s. copulationem tantum affectuum, quam substantiarum, illocalem tamen & incircumscriptivam.

11. An Deus dici possit ex esse & essentia compositus? Resp. Fundamentum distinctionis esse & essentia intellectus noster in solis invenit rebus creatis, quarum essentia vel tanquam possibilis & actualis, cum aliquando non existerint, vel tanquam habens & habita, cum Entia sint per participationem talia, concipi valet, iis etiam tantum, non a. Deo, qui actus est purissimus, venit tribuenda.

12. An tres divin. persona faciant compositionem? Neg.

13. An quod dicitur de toto unito (Christo) dici etiam possit de toto uniti? Aff. disting.

14. Utrum tres Deitatis persona recte tres partes Dei essentialis dicantur? Neg. quia hoc admisso divina essentia erit composita.

15. An

15. An & quomodo S. S. Trinitatis persona essentia unum dicantur & idem? Resp. Inter se eas non esse idem sed distinguere realiter credimus; Interim in una essentia divina in qua omnes tres subsistunt idem sunt, licet quoad se non sint idem, tamen ratione tertii alicujus incommunicabilis, quod est essentia divina in qua omnes tres conveniunt.

16. An & quomodo tres div. persona a divina distinguantur essentia? Resp. Non Realiter, c. modaliter, sed formaliter, idque non actu ex natura rei, sed virtute & eminenter.

17. An divina essentia sit Ens singulare an universale? Resp. Aff. prius

CAP. VIII.

De VERO.

Dubitant non nulli utrum Affectiones, quæ nunc sequuntur sint intrinsicæ. Putant aliqui esse denominationes extrinsecas petitas ab intellectu & voluntate. Verum

rum quid sit hac de re sentiendū, dabitur in seq. Et est Veritas conformitas intellectus aut orationis cum re s. objecto. Vel sic zdum alios, Veritas est Affectio Entis unita, primaria, respectiva, qua Ens habet essentiam sibi debitam, ob conformitatem cum intellectu potissimum divino.

Falsitas a. est difformitas & discrepancia intellectus aut orationis à re s. objecto.

In Intellectu igitur proprie est veritas, quando cognitio ejus exacte respondet rei.

Res a. quæ denominantur veræ, dicuntur ideo, quia perhibentur mensura cognitionis. *Intelligitur conformitas in presentando* (de qua in defn) *tunc enim propositiones in intellectu sunt veræ, quando representant res, ut sunt. & quando intellectus concipit res ut sunt. Itaq; verū est res cognoscibilis sicuti est. Sive est res, ut verū sui cognitionē efficere vel terminare apta est, sic verum est aurum, quod est cognoscibile sicuti est, s. quod verū sui cognitionē*

efficere

efficere vel terminare potest. Sic in falsitate notatur difformitas in representando. Propositiones enim tunc falsæ sunt, quando per eas intellectus aliter, quam sunt, res concipit. Igitur falsum est, quod adparet id, quod non est.

II. Not. i. vel per intellectū intelligi debere cōcept^o intellectu, l. dici veritatem convenire intellectui non per se & immediate, sed ratione alterius, & mediante conceptu intellectus.

2. Non intelligi conformitatem intellectus & orationis in essendo, sed in representando & significando.

3. Non sufficere quamvis conformitatem & difformitatem, sed quæ datur in affirmatione & negatione.

III. Consistit ergo veritas in eo i. quod componuntur & de se affirmantur ea, quæ in re unum sunt; aut dividuntur & de se negantur ea, quæ in re non sunt unum. 2. falsitas quod componuntur ea, quæ in re non sunt unum, vel dividuntur ea, quæ sunt unum. Unde subjectum veritatis

tis

tis & falsitatis est 1. secunda mentis operatio. 2. Enunciatio. Hæc enim sunt, quibus affirmamus l. negamus.

IV. *Veritas* dicitur l. *Logica*, quæ est conformitas intellectus vel orationis cum re ipsa, & normatur ab ipsis rebus, uti in natura se habent. Vel *Ethica*, quæ est conformitas verborum, gestuum & actionum cum corde, l. cum conceptu, quem de rebus nobis formavimus; nec requiritur heic præcise, ut ipsa res ita se habeat, ut recensetur, d. sufficit, si is, qui recenset, rem se aliter non habere existimat. *Hinc eadem oratio logicè potest falsa esse & Ethice vera. Vel Metaphysica*, cujus formalis ratio in *essendo* s. *transcendentalis* est conformitas cum intellectu divino.

Veritas cum sit transcendens, nil reale l. positivum, supra Ens addit, d. tantum relationem rationis, eamque solam significat.

V. Veritatem philosophicam nõ contrariari Theologicæ; seu id, quod verum est in philosophia non posse

posse falsum esse in Theologia, vel quacunq; alia disciplina; Nam quod in una disciplina verum est, id eodẽ modo intellectũ ubique verum est.

VI. *Veritas* dicitur in *essendo*, significando, cognoscendo; Illa dicitur *veritas ipsarum rerum*, quæ h. loci, aliàs *objectiva* dicitur. *Ista est conformitas signi cum re signata.* Hæc est conformitas facultatis cognoscentis & objecti cogniti.

Aliter dividitur in Complexam & Incomplexam Hæc, *transcendentalis*, concepta, in *essendo* & *Metaph.* dicitur. Et est in prima mentis operatione, quæ mens simpliciter speciem intelligibilem concipit, representantem rem extra mentem positam.

Et huic opponitur (*privative*) ignorantia (*pure negationis.*) Nam fieret oppositio secundum idem subiectum. Ast in rei Entitate non esse falsitatem contendunt *Metaphys.* ut qui *Hyenarum* speciem concipit, eas autem ignorat, non falsum, sed nihil intelligit de *Hyenis.* *Veritas ergo primo est in primâ*
mentis

mentis operatione, & propter hanc in secunda.

Ista scilicet. Complexa, iudicii, exercitata, in significando & logica, quæ in secunda mentis operatione, & veritatis conceptæ notiones s. species rebus adcommo-dat, & cum illis componit, l. ab iis dividit. Hæc Intellectus compositio & divisio, si cum rebus consentit, vera est, sin minus falsa: Ideoque falsitas huic veritati opponitur contrarie, ut si quis lapidis speciem intelligibilem imponit homini.

VII. Nota. Difficulus inveniri hanc veritatem. 1. Quia una est; falsitas multiplex. 2. Quia magna est improprio intellectus nostri ad res intelligibiles, quarum quædam nimis perfectæ ab aliquibus dicuntur, ut Deus; quædam nimis imperfectæ, ut materia prima. De quibus quid sentiendum fuerit, in lectionibus ipsis, ut & alias agendum erit.

Questiones.

1. An congruentia Entis cum intellectu div. sit veritatis formale? Aff.

2. Quo

2. Quomodo Deus est verus? Resp. Independentem, originaliter, infallibiliter.

3. An nihil ceu verum sit credendum, quod adversatur rationi? Resp. dist. addit etiam Mej. quod nihil, ceu verum sit credendum, quod adversatur rationi rectæ in vero usu & illustrata, atq; à s. sancto directæ; tunc recta debet vocari ratio, quando rem ita concipit, uti in natura vel Scriptura Sacra est proposita & manifestata.

4. An in rebus detur falsitas? Neg. licet intellectus noster nonnunquam res veras falso adprehendat, occasionem desumens l. à rebus veris, l. ex ratione similitudinis ad rem veram, l. aliunde.

CAP. IX.

De BONO & PERFECTO.

Bonum *αγαθόν* in genere nequit defini, secundum aliquos, sumiturq; relative pro bono alteri; absolute pro bono in se. Sic tamen ab aliis proponitur: scilicet. Bonitas est perfectio

G

fectio

fectio Enti conveniens, s. est perfectio rei connotans convenientiam.

Not. aliquos velle, Eos, qui bonitatis formale ponunt in congruentia rei cum voluntate Divina, non definire bonitatem abstractissime, & ut sic sumtam, d. prout talis est, nempe prout specialiter sumitur, & perfectioni, tanquam opposita speciei, contradistinguitur.

Et dividitur in eam, qua Ens in se est bonum, & sibi ipsi conveniens, & eam, qua est bonum respectu alterius; prior vocatur perfectio, de qua mox.

II. Dividitur I. In bonum morale s. Ethicum, quod idem ac honestum dicitur; alias convenientia cum legibus & recta ratione, ut virtus. Vel Naturale s. Physicum, quod est conveniens rei s. congruens cum natura ipsius rei, ut sanitas. Vel Transcendentale s. Metaphys. in Formali sua ratione inferens conformitatem cum voluntate divina, & sic bonum hoc specialiter sic dictum infert respectum ad voluntatem, sicut verum infert respectum ad Intellectum.

2. Bonum

2. Bonum est honestum, quod est conveniens naturæ ratione utendi, qua tali, ut virtus, sapientia. Vel utile, quod ad bonum aliud consequendum conducit, ut navigatio, lucrum; Vel jucundum, quod in se vim delectandi habet; saltare, ludere.

3. Bonum est verum l. apparens. Prius est quod tale est, quale existimatur. Posterius autem, quod existimatur esse, cum tamen non sit.

4. Bonum est l. animi, spectans l. ad intellectum l. voluntatem; Vel Corporis, ut sanitas. l. fortune, ut opes.

5. Bonum est l. absolutum, quod in se bonum est, ut omne Ens: l. Relativum s. alicui certo tempore, ut Phlebotomia.

III. Bonum & perfectum τὸ λεγόμενον idem sunt materialiter & formaliter, hac voce materialiter sumta non participialiter sed nominaliter. Intelligitur v. perfectio non accidentalis, quæ habet omnem perfectionem accidentalem in esse debitam; sed Essentialis, quæ

G 2

quæ cum Ente retrocommeet, cui nihil deest, quod ad essentiam ejus spectat. *Et sic pessimus diabolus bonus est.*

Bonum dicitur 1. Essentialiter, sic solus Deus. Et per participationem, omnino rescreata. 2. Simpliciter, cui nihil perfectionis debitæ deest. Vel secundum quid, cui aliqua competit perfectio, ita ut alia vel aliis pluribus careat. 4. Perfectum primo & perse, quod perficitur aliqua perfectione. secundario & per analogiam, quod habitudinem ad perfectionem aliquam obtinet, quo tamen non ipsum, d. aliud quid perficitur.

Perfectum 1. riorale est 1. perfectum 1. quantitate, cui nulla pars quantitatis deest; vel 2. virtute; s. potius qualitate, quod ita excellit in aliqua qualitate, ut non facile ab alio superetur. 3. Consecutione finis. secundario dicitur perfectum 1. quod facit perfectum 2. quod habet rem perfectam 3. Quod alio modo rei perfectæ aptatur.

Perfectio est talis simpliciter 1. secundum

dum quid. *sumitur etiam perfectio absolute vel comparate.*

Prius, omne Ens perfectum est (scil. perfectione essentiali) posterius, quod cum alio comparatum perfectius est, unde id, quod minus perfectum, comparate loquendo, dicitur imperfectum. Ita Deus solus est perfectus, creata res omnes ad Deum relatæ sunt imperfectæ.

IV. Perfectio in comuni est 1. *Moralis*, cui nihil in habitu virtutis deest 2. *Naturalis*, cum nihil deest rei ad naturalem ejus operationem. 3. *Transcendentalis*, cum Enti in essentia nihil deest.

Perfectioni opponitur imperfectio, quæ tamen in nullum Ens cadit, cū ejus oppositum, nempe perfectio, omni Enti tribuatur; Dicitur ab aliis imperfectio Negativa vel privativa.

V. *Malum* est privatio perfectionis debitæ in esse. *Malum transcendentale* nullum datur, definitur tamen ex Hypothesi, si daretur. *Opponitur*

tur Bono *privative*, si comparantur *formaliter & abstractivè*. *Contrarie*, si *materialiter* secundum res ipsas vel *Entitates*.

Non tamen omni Bono contrarium est aliquod malum, nam Actus Intelligendi & species Intelligibiles dicantur bona, quibus nihil contrarium. Neque omni malo aliquid contrarie opponitur, ut privationibus bonorum, quæ mala, sed omne contrarium Bono malum. Non tamen vice versa, cum & malum malo contrarium, ut avaritia profusioni.

VI. Aliud est *Morale* s. in genere *morum*, quod disconveniens agenti libero, ut *vitium*. Aliud *Naturale*, 1. in genere *naturæ*, quod rei naturali disconvenit: vel est *privatio boni naturalis*, quod per naturam rei debebatur, ut *si quis cæcus nascatur, monstrum*.

Aliud *culpe*, quod est *legum transgressio*; Vel *pœna*, quo quis ob culpam punitur. *Hujus mali auctor Deus dici solet.*

Aliud adparens, quod in se spectatum

tum bonum est, quamvis huic vel illi malum adpareat.

VII. *Causa eff.* mali nulla est, sed *deficiens*, & *defectio* verius, quam *effectio* dicitur. Quod si aliquando Bonum efficiens causa fit mali, per accid. fit, ut cum natura generat monstra.

Materialis causa non datur, nisi in qua. *Formalis* propria & *intrinsicæ* nulla. *Finalis* etiam *formaliter* nõ datur.

Quæstiones.

1. *An formalis ratio Bonitatis sit conformitas cum voluntate divina? Resp. Aff.*
2. *An & quomodo Deus sit bonus? Resp. Non per participationem; Nec accidentaliter, d. per essentiam, & quidem ratione independentis possessionis, qua ratione solus Deus est bonus, nim. 1. simpliciter & independenter. 2. Causaliter. 3. Inmutabiliter.*
3. *Utrum datur malum transcendentæ? Neg.*

PARTIS SPECIALIS.
CAP. I.

AB initio hujus partis observ. *Metaphysicam etiam descendere ad specialia, secus enim totalis disciplina non esset, cum isthac suum subjectum tam generatim, quam speciatim debeat cognoscere. At in hoc descensu non debet pertingere ad rerum naturalium tractationem, cum hæc extra abstractionem metaph. sint. Entis v. interiora s. species dividuntur in substantiam & Accidens, idque non æquivoce, quia Ens definitionem utrique communicat, nec nudum Entis nomen participant, d. etiam definitionem. Nec Univoce, nam equaliter non participant de Ente, & sic non equè primo de substantia & Accid. dicitur. Sed Analogice, respectu horum inferiorum. Analogia non proportionis, d. attributionis intellig. Quamvis non negandum sit, plurima tractari solere in predicamentis, quæ ad specialem Metaphysicam attineant.*

II. Sub-

II. Substantia à substando si dicatur, est, quod substet Accidentibus, s. restringatur ad Entia finita & completa, estq. hæc magis logica. Sive à subsistendo, quod per se subsistat, hæc dicitur Metaphysica, quia cum opposito Accidente omnem exhaurit Entis latitudinem. Et est substantia s. *soia* Ens per se existens, h. e. quod revera esse suum habet in seipso, s. quod non est in alio, ut in subjecto.

III. Substantia est l. Completa l. Incompleta; quarum hæc est, quæ essentialiter ad perfectionem alterius complendam ordinatur, adeoque nec speciem perfectam absolvit, nec incommunicabiliter subsistit, ut sunt omnes partes essentielles & substantiales. Ista, quæ habet essentialitatem totalem & in se terminatam.

IV. Substantia est l. prima l. secunda; Illa singularis dicitur, & est Ens unitate numerica determinatum, extraque intellectum existens. Nomina ejus sunt, Hoc aliquid, suppositum, persona, substantia. Hæc v. est substantia univ. quæ quidditative dicitur de pri-

G5

ma,

ma, ut sunt genera & species in serie substantiarum, v. g. corpus, cælum, ignis, aer, homo etc.

NB. Substantia prima in essendo completa est vel completa simul in subsistendo, vel incompleta in ratione subsistendi. Substantia in subsistendo incompleta, innititur alii substantia, tanquam sustentanti. Substantia in subsistendo completa dicitur suppositum l. persona; Huc adiungitur \odot , que habet ultimatum subsistentie complete actum, sibi natura sua debitum. Suppositum est substantia singularis, completa, perse ultimate & incommunicabiliter subsistens. Persona est suppositum intelligens, s. substantia intelligens incommunicabilis, ultimate subsistens. Additq; persona supposito ut sic sumto intellectum, atq; sic non differunt formaliter d. materialiter tantum.

V. Substantia est corporea & materialis, l. incorporea & immaterialis. Illa, que in essentia sua materiam implicat; Estq; simplex l. composita. Hæc est l. immaterialis in essendo tantum, l. in essendo & existendo simul.

Quæ-

Questiones.

1. An cum due nature ad unum suppositum uniuntur, due ille nature evadant una substantia incommunicabilis? Neg.
2. Quomodo suppositalitas differat à suo subjecto s. substantia? Resp. Formaliter, modaliter, adeoq; realiter, non strictè sed latius sumto hoc termino.
3. An persona in divinis ullo modo possit nominari accidens? Neg.
4. An quidquid dicitur de persona, id etiam dicatur de natura l. naturis seorsim sumtis? Resp. Dist.

CAP. II.

De Accidente.

Accidens est substantia in hærens. Et est l. Entitativum, l. modificativum. Illud vel primum l. secundarium. Primum est l. absolutum, ut quantitas & qualitas; l. Respectivum, Relatio. Secundarium, actio, passio. Modificativa accidentia sunt quando, ubi, situs, Habitus.

2. Quan-

2. *Quantitas est accidens, quo substantia extenditur.*

3. *Qualitas est accid. per modum formæ essentialis subjectum (extraessentialiter tamen) adficiens, qualificans & perficiens.*

4. *Relatio est accidens, cujus totum esse est ad aliud referri.*

5. *Actio est accidens secundum quod Ens agere dicitur.*

6. *Passio est actionis receptio.*

7. *Quando est habitudo rei durantis finita ad durationem defectibilem.*

8. *Ubi est habitudo rei finita ad suum π s. l. locum.*

9. *Situs est habitudo partium corporis certo modo dispositarum ad locum.*

10. *Habitus est habitudo corporis ad aliud corpus adjacens. Hæc quatuor posteriora genera accid. metaphysice & accurate loquendo, non possunt accidentia dici, quum sint tantum modi & non Entia realia. Et hæc omnia ex Peripateticorum placitis deducta sufficiant.*

Questiones.

1. *An in divinis proprie detur quantitas?* Neg.

2. *An*

2. *An notitia insita recte dicatur habitus conatus?* Resp. Aff. quia reliquia originalis justitiæ, item principia nobiscum nata, item το γνωστων τῶ θεῶ nobiscum conascuntur, & sic quorumlibet hominum animis ingenerantur.

3. *An relatio in divinis aliquam inferat compositionem, & ab essentia differat realiter?* Resp. Nulla relatio subiecto addita realem infert compositionem. Dist. inter relationem acceptam formaliter & preciso fundamento, & materialiter, quatenus implicat fundamentum.

4. *An S.^a S.^a sive verbum Dei in hominē agat realiter, an. v. tantum objective?* Dist. actio in realem & objectivam. Illa realem infert influxum; Hæc est, qua res solum agere dicitur per modum objecti. Et sic Resp. nō verbum modo objective agit, mentem movendo, d. revera etiam realiter, prout ceu causa media & instrumentalis concurrat ad hominum conversionem, regenerationē & salutē.

5. *An Dei æternitas pertineat ad quando?* Resp. Neg. Quia in Deum nullum cadit accidens.

2. *Duratio τῶ quādo est saltem finita in evo*

vel tempore. At duratio Dei non est finita, d.
infinita & in eternitate.

6. An quando se diffundat in eternū? R.
verum illud est quando ævi, non temporis,
& non à parte ante, d. à parte post eternum.

7. Num Deus pertineat ad Ubi prædica-
mentale? Neg.

8. An Angelis quoque cōpetat situs? Neg.

9. An habitus competat angelis? Neg.

Et hæc sunt illa, quæ in maxi-
ma festinatione, ad mentem Arist.
aliorumque Celebrium Virorum
congerere potui; Relictis aliis, quæ
heic adferri poterant, occasione
alii, quâ Deo vires vitamque con-
cedente, prolixiorē operam in his-
ce exserere sum parat⁹. De cetero Le-
ctorē Benivolū rē feliciter conficere
rogo.

INDEX CAPITUM.

Præfatio & deinde præmium à pag. 7. ad	190
Cap. 1. De Ente ad p.	300
2. De principiis Entis ad p.	320
3. De actu & potentia ad p.	400
4. De principio & principiato ad p.	460
5. De causa efficiente, fin: mat: form. ad p.	670
6. De Necessario & Conting. ad p.	740
7. De uno ejusq; cognatis ad p.	910
8. De vero ad p. 97. 9. De Bono ad p.	1030
Pars specialis c. 1. de substantia & c. 2. de accidentibus	